a alicui, vt quia peto ab herede decem:ꝛ ipse dicit, quod ignorat ipsum debere. Ita tenet hic Barto.in fin.ꝛ idem in dicta.l.si ex legati causa,per textū.l.si quis inficiatus.ff. depositi.ꝛ per clement.in causa.de electio.de quo vide in l.non solum.ff.morte.ff.de oper.noui nuncia. ¶Et predi-
18 cta † habent locum,quando quis constituitur per interpellationem verbalem: sed vbi per incursum diei : tunc dic,quod dies expressa in contractu interpellat pro homine:vt.l.magnam.C.de contraben.ꝛ commit.stipul.ꝛ.l. traiectitie.ff.de illo.ff.de actionib.ꝛ obligatio. ¶Bald.limitat videlicet,quando est longum tempus:secus si brevissimum,in.l.si mihi ꝛ tibi.ff.seruos.de leg.iij. Si autem est subintellecta tacite,tunc adhuc vltimus dies termini interpellat pro homine: vt est glos.in.l.morte.ff.solu. matrimo.Sed ego do casum in.l.ff.ff.exactio.C.de rei vxor. actio. ¶ℑn glo.super verbo,detrimētum,ibi,nec distinguitur.hic sunt due opiniones:prima Joan.alia Dart. quam sequitur Azo.ꝛ pro Joā.facit text.iste:ꝛ facit, quia vbi lex non distinguit ꝛc. vt.l.de precio.ff.de public. glos. reprobat istam opin. Dart.hic.ꝛ in.l.mora.ff.solu.matri. ¶Et ad intellectum istius dividenda est ista questio in
19 tria membra.† Aut loquimur in realibus : aut in personalibus,que descendūt ex delicto. Aut in personalibus, que oriuntur ex contractu,vel quasi. ℘rimo casu:dic,aut ille qui est obligatus actione reali,semper fuit bone fidei possessor:ꝛ tunc licet creditor interpellet eum: tūc interitus illius rei pertinet ad creditorem:vt.l.item si verberatum.ff.fina.co.tit. Fallit nisi pereat apud bone fidei possessorem sua culpa:quia tunc tenetur:vt.l.non vtiq;.ff.fin. de rei vendicatio.ꝛ.l.item si verberatum.ff.fina.a contrario sensu. ¶Aut ille qui tenetur actione reali semper est b
b male fidei possessor:ꝛ tunc periculum interitus pertinet ad ipsum, siue ante moram, siue post:vt.l.ita videndum. ff.de petitio.heredita. ¶Aliquando ille, qui conuenitur a principio est bone fidei:sed ex post facto est male fidei:tunc aut licet superueniat mala fides, habet iustam causam litigandi:ꝛ tunc de interitu non tenetur:vt notatur in.l.i.in principio.ff.de rei vendicatio.vnde si illa res perit,pendente iudicio,debet absolui a iudicio: non autem condemnari in estimatione. ¶Si autem non habet iustam causam litigandi:ꝛ tunc si est bone fidei a principio licet superueniat mala fides:tunc aut ista res si restituisset,perisset penes te,sicut penes me:ꝛ tunc non tenetur:vt dicta.l.item si verberatum.ff.fin.Si vero non erat peritura penes creditorem:tunc tenetur:vt dicta.l.item si verberatum.ff.fina.a contrario sensu. ¶ℑn secundo casu,videlicet in actionibus personalibus.tunc dic,quod vbi possum conuenire te actione personali: generaliter semper tenetur de interitu rei, siue pereat ante moram, siue post: siue etiam peritura penes te creditorem, siue non:vt.l.subtracto.C.de furtis.ꝛ.l.ff.C.de condict.furt.l.j. C.quod met.causa.ꝛ.l.j.ff.rectissime.ꝛ.l.penulti.de vi ꝛ vi arma.et.l.fin.de condictio.ob causam. ¶Fallit in tribus casibus. ℘rimus in.l.si cum exceptione.ff.quod si homo, quod met.causa.ꝛ ibi vide.Nisi ille fur repurgauerit moram per oblationem:vt.l.per vim.ff.de condi.fur. ¶Secundo fallit, quando illud ex causa rapine, teneatur ex causa commodati: vt.d.l.parui. ¶ℑn tertia questione, c
c videlicet an ille, qui potest conueniri actione personali oriente ex contractu vel quasi:in hoc dic, vna fuit opinio Darti.ꝛ hanc secutus est Azo,ꝛ tenet, quod post moram, tenetur: si vero perisset eodem modo apud creditorem: tunc non tenetur. Joan.tenet c contrarium,ꝛ hāc sequitur glo.ꝛ Hug.qui dicebat indistincte semper teneri per iura allegata in glo.ꝛ hanc opinionem est secutus Bart. Et pro hoc allegat vnam rationem, fur ꝛ morosus equiparantur:vt.l.in re furtiua.C.de condi.furti.ꝛ.l.inter sti-

a ¶Sed quid. idem concludit hic Salic.col.v. in fi.vers.secundum dubium.

b ¶Bar. de Salic.qui quasi de verbo adverbū omnia bicdicta posuit in euidē tialibus huius legis,quē vide. Diero.Cbuch.

c ¶Joan.tenet. hec opin.Jo.in debitore ex cō tractu, tenetur magis comm niter ꝑm docto. hic vt per Are. col.iiij. in fine. Diero.Cbuch.

palantem. §. penulti. ĩ. de verbor. obligatio. Sed clarum est, quod semper tenetur fur: vt dicto. §. rectissime. ergo ꝛ morosus. ꝛ hanc sequitur Bald. ꝛ Angel. ¶ Guiliel. de Cuneo concordat opinio. Joan. ꝛ opin. Mart. isto modo. Aut loquimur in contractibus, qui contrahũtur gratia debitoris tantum, vel gratia vtriusq; , vel gratia creditoris tantum. Primo casu sit vera opinio Joan, ꝛ in secundo casu: quia liberatur indistincte. Et probatur in. d. l. cum res. §. fin. de legat. ĩ. Tertio casu, quando fit gratia creditoris tãtum, vt in deposito. ꝛ isto casu opinio Mar. sit vera, videlicet, an perisset penes creditorem ꝛc. ꝛ probatur per. d. l. si plures. §. fina. ĩ. depos. Et ista fuit opinio Guil. de Cun. Bart. refert simpliciter in. d. l. mora. Et dicit ꝙ non est vera simpliciter. Sed do. Bart. de Sali. aliter dicit in repetitio. ꝛ dicit, ꝙ est falsa opinio Guil. quia semper tenetur, siue sit peritura ꝛc. vt. l. si in Alsia. §. fina. ĩ. depo. per rationem glos. scilicet ꝙ tertius impediens restitutionem depositi, tenetur indistincte de casu: vt in authen. depo. §. i. vnde si tertius tenetur indistincte, quanto magis tenetur ille, apud quem est deposita res, qui fallit fidem. ¶ Preterea probatur hoc alio medio: quia fortior, ꝛ magis improbata est ipsius mora depositarij, quã mora alterius. Patet: quia cõuenitur in iudicio actione depositi: ꝛ si conuincatur ipse fit infamis: vt. l. i. de infa. ꝛ. l. furti. §. i. co. titu. quod non est in alijs contractibus. Preterea patet: quia in actione depositi iuratur in litem: vt. l. i. §. in depositi. ĩ. depositi. quod non est in alijs actionibus: vt. l. in actionibus. ĩ. de in lit. iuran. vnde si ille, qui non est morosus tenetur, multo fortius tenetur morosus. Item per rationem. l. si in Alsia. §. fina. ĩ. depositi. vbi etiam equiparat illos casus. Sed vbi quis tenetur de re legata, siue sit peritura, siue non: dum tamen sit in mora: quia semper tenetur. Ergo tenetur de re debita ex contractu vel quasi: quia text. in. d. l. si in Alsia. §. fina. facit equiparationem de tribus casibus, quos vide ibi. ¶ Pet. de Bellaperti. aliter dicit. concor. Aut res perit cõtracta mora ex interpellatione iudicis: ꝛ tũc semper sit vera opinio Joan. per l. exigitur. ĩ. de dolo. Aut ista res perit post moram contractam, ꝛ per interpellationem partis: tunc sit vera opinio Marti. Sed ista opinio est falsa. ꝛ maxime per. l. cum res. §. fina. de lega. i. ¶ Ang. in. d. l. nemo. §. i. ĩ. de verbor. obligatio. querit concor. Joan. ꝛ Mart. quia aut ista res perit casu fortuito: non autem naturaliter: ꝛ tunc sit vera opinio Jo. per iura sua, scilicet ꝙ indistincte teneatur: vt d. l. si res. §. fina. vbi heres tenetur siue perisset apud creditorem, siue non. Sed vbi perisset morte naturali: tunc sit vera opinio Marti. in. d. l. si plures. §. fina. ĩ. de penis. Et dicit, ꝙ ista fuit vera opinio sua. Idem tenet in dicta l. item si verberatum. §. fi. Sed ista opinio est falsa: ꝛ probatur quia fur ꝛ morosus equiparantur, vt in dictis iuribus. Sed certũ est, ꝙ fur semper tenetur siue pereat naturaliter, siue fortuito casu: vt. l. pen. de vi ꝛ vi arma. Ita tenetur ꝛ morosus. Preterea est casus contra eum: quia quo ad interitum rei equiparantur, scilicet an quid debeatur ex vltima voluntate: an illud quod debetur ex cõtractu, vel quasi contractu, pereat: vt. l. apud Julianum. §. is quoq; ĩ. de leg. i. Sed clarum, ꝙ vbi quis tenetur ex vltima volũtate, semper tenetur siue pereat penes legatarium. siue non: quando est mora: vt. d. l. cum res. §. fi. ꝛ. l. iij. de vsufruc. leg. ergo eodem modo dicere debemus in debito ex contractu vel quasi. ¶ Bal. hic tenet opinionẽ Bar. sed in. d. l. nemo. in addi. tenet opinionem Jo. quam dicit fallere in duobus casibus: ꝛ primo in constituto: vt. l. si duo. §. i. ĩ. de constit. pecu. Secundo in deposito, per. l. si plures. ĩ. depos. vnde dicit, ꝙ debet teneri opinio Guil. de Cu. ꝛ ratio est; quia sic fuisset peritura ꝛc. ꝛ dicit ꝙ ratio specialitatis est: qz depositum fit tãtum gratia ipsius deponentis: non autẽ depositarij: ergo debemus fauere ipsi depositario. Et ratio, quia semper dominium est penes eum: vt. l. licet. ĩ. depositi. Sed clarum est, ꝙ res que perit, semper perit periculo ipsius domini: vt. l. que fortuitis. C. de pigno. act. Et istud tenet in. l. cum res. §. fi. de leg. i. Sed ista opinio non est bona propter rationes allegatas contra Guil. de Cuneo. ꝛ respondeo ad. l. si plures. §. fi. ĩ. depositi. Quia ille depositarius habebat iustam causam litigandi: vt quia heres deponentis agit contra depositarium: quia tũc habet iustam causam litigandi: ꝛ nõ fit ista distinctio ibi, videlicet an perijsset, ꝛc. vnde potest saluari opinio Guil. ꝛ Bal. vcz, ꝙ habet locum quãdo nõ habuit iustam causam litigãdi. Sed ꝙuis Bal. transeat cum opinione ista. tamen nõ est vera: quia nunq; tenetur depositarius de mora: quia semper habet iustam causam litigandi. Sed iusta causa excusat a mora: vt. l. sciẽdum. ĩ. de vsur. Sed glos. illius tex. a contrario vult contrarium, vcz, ꝙ ille nõ tenetur, si eodem modo fuisset peritura penes creditorem. quare glos. ibi, ꝛ hic soluit alio modo, vcz ꝙ subintelligatur dictio, maxime, vt. d. l. si plures. §. fin. ĩ. de penis. ꝛ ita debet intelligi, maxime. ¶ Unde cũ queritur, ꝛan depositarius teneatur post moram, vel nõ? Aut depositarius vel heres habet iustam causam litigandi: ꝛ tunc non tenetur de interitu: vt. d. l. si plures. §. i. facit. d. l. item si verberatum. §. tamen. coniuncta. l. vtiq;. Aut neq; depositarius, neq; eius heres habuit iustam causam litigandi: ꝛ tunc semper tenetur de interitu: vt. d. l. si in Alsia. §. fin. ĩ. depositi. Sed qualiter scit, an habet iustam causam litigandi, vel ne: dic ꝙ non potest cadere nisi in heredem ista iusta causa litigandi: ꝛ tũc habet locum illa distinctio, an res sit peritura: ꝛ tunc tenetur: vt. d. l. si plures. §. fin. ĩ. de pen. ¶ Nunc restat videre an opinio Joã. sit vera, vel non? Primo pro opinione Jo. faciunt iura allegata per eum, ꝛ opinio Marti. fundatur per iura allegata in glos. per eum. Et ꝙ ista opinio sit vera probatur. Certum est, ꝙ si illa res fuisset data creditori perijsset, sicut periit penes debitorem: ergo sua non interest: vt. ĩ. manda. l. si procurator. §. mandati. ꝛ. l. si seruus. ĩ. de condic. furt. facit qõ not. in. l. quoniam. §. illud. ℟. si quis cau. ¶ Preterea, si in actionibus realibus in quibus habet plus iuris, fit ista distinctio: ergo multo fortius in actionib⁹, in quibus habet minus iuris: vt in authẽ. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Patet: quia si ago reali, ago ad rem meam. Sed si ago personali, ago ad rem, que nunq; fuit mea: sed est futura mea per dationem. ¶ In cõtrarium pro parte Jo. faciunt iura, que ipse allegat in glo. ¶ Ulterius facit ista l. ꝛ. l. si eg legati. ĩ. de verb. oblig. vbi iura loquuntur indistincte: ergo debent indistincte intelligi: vt. d. l. de precio. ℟. de public. Probat ꝛ alijs rationibus. Primo quia cõtractus non debet claudicare: vt. l. diuersis. in princip. de arbi. ꝛ. l. si. C. de fruc. ꝛ lit. expens. Sed clarum est, ꝙ si creditor sit in mora, non fit ista distinctio: vt. l. qui decem. ĩ. de solu. ergo non debet fieri, quãdo mora est in debitore. Facit. l. si pecuniam. §. fi. ĩ. de condict. indeb. Et iste text. facit vlterius pro do. Bar. de Sali. ꝛ ita est casus fin do. Bar. qui facit pro eo. omnes doct. tenent opinionem Joan. et Bartol. in sua repetitione solenni facta de ista. l. ¶ Restat respondere ad. ll. Marti. ꝛ maxime ad. l. si plures. §. fi. ĩ. depo. vnde dic, vt. ℟. Ad. l. quod si cum ex cognitione. §. quod si heres. respondet. ꝛ ad. d. l. item si verberatũ. §. fi. dic vt in glo. ¶ Sed restat respõdere ad. l. si vehenda. §. fi. ĩ. ad leg. Rhod. de iactu. vbi vnus habens duas naues, habuit aliquas res, vt transportaret: ꝛ res perijt: an iste teneatur? vnde dicit Jurisconsultus, ꝙ si debitor est in culpa, tenetur de hoc: si dominus portasset in alia naui, non fuisset peritura ꝛc. vnde dic, quod ibi nõ precedit mora, sed precedit culpa: quia magna est differẽtia inter culpam ꝛ moram: vt. l. ꝛ in totum. ĩ. de impen. in reb. dota. ¶ Restat respondere ad illud, quod definebat interesse creditoris ꝛc. quidam moderni in hoc distinguunt. Aut illa res si fuisset data ipsi creditori, anteq; perijsset, non fuisset peritura, si voluisset: ꝛ tunc tenerer debitor, vt intelligunt omnia iura allegata per Joan. ꝛ maxime in dicta l. cum res. §. fi. de lega. i. Aut licet res fuisset data creditori de necessitate precisa, fuisset peritura penes creditorem: ꝛ tunc fit vera opinio Mar. ꝛ dicit, quod alio modo non potest saluari opinio Marti. Pone ꝙ seruus est legatus cum hoc, quod non possim ipsum alienare: legatarius interpellat heredem: heres non dat: perit iste seruus, an teneatur? ꝛ certe non: quia iste legatarius nõ potuisset alienare istum seruum. Ego istã opinionem probo duobus modis. Et primo per rationẽ allegatam, scilicet pro Marti. videlicet aut interest creditoris rei. per text. in. d. l. si procurator. §. mandaui. ꝛ per Ly. in. l. comparandas. C. mãda. vbi examinat istud bocardum, vcz, an sine interesse quis possit agere? ¶ Preterea si cessat interesse, ꝛ dicit quis, qõ tibi nõ prodesset, ꝛ sibi nocet: tunc cessat

cessat actio: vt l. ij. ff. solu. matrimo. ergo multo fortius debet cessare actio, quando facio id, quod nullo modo mihi prodest. Sed ista opinio non est vera: quia semper tenet post moram, siue eodem modo res fuisset peritura penes creditorem, siue nō. Et primo per rationē quia morosus ⁊ fur equiparantur: vt. l. inter stipulantem. ff. de pe. ff. de ver. oblig. Clarum est, ꝙ fur semper tenetur siue sit peritura penes creditorem, siue non: vt. d. l. j. ff. rectissime. de vi ⁊ vi arg. Nec obstat istud, qō dicitur interesse: quia sufficit, ꝙ aliquo modo mea interfit rem datam esse: licet plenarie data non fuerit. ⁊ probant doc. quia interest, ꝙ nō impleuisti volūtatem meam: vt. l. ff. de vsu ⁊ hab. Et patet: quia mea interest aliquo iure, licet non plenarie. ⁊ sic patet, ꝙ opin. Jo. non est vera, tamen saluari potest opi. Jo. si reprobaretur ab aliquo, qō esse non potest, sc̄z in actione de dote, q̄ est actio personalis: vt. l. ff filio. ff. si post. in verbo,

21 omnimodo. iuncta glo. ff. solu. matr. ¶ † Bal. hic quesiuit, an iusta causa excusct a pena in compromisso appositā: ⁊ hoc quia tractatur de iusta causa excusandi, ideo posuit Bal. hic. Jn hoc sunt due questiones. Prima an ista pena cōprehendat iustā causam: Scōa an possit dicere ⁊c. vnde dic vt per doct. in locis, qui. ff. allegantur. Et dic ꝙ Dyn. ⁊ Bart. tetigerunt istud in. l. qui Rome. ff. duo fratres. ff. de verb. obliga. vbi vnum dixit, ⁊ aliud dixit in. l. ex diuerso. ff. is. de rei vendi. ⁊ aliud in. l. Julianus verum. ff. de condic. indeb. Bal. autem dicit in multis locis. Et primo in. l. ff. indeb. ff. de bis qui sunt sui vel alie. iuris. ⁊ l. tres fratres. ff. de transactio. ⁊ l. cum tutore. ff. de pact. ⁊ in. l. ff. ff. de pact. ⁊ in auth. generaliter. de episc. ⁊ cleric. ⁊ in vsib. feu. in. c. j. de lege Lor. tractatur in. c. Quintauallis. extra de iureiuran. ¶ Jn glo. super verbo, tua. Jacob. Bu. tenebat istam glos. ⁊ allegabat. l. ff vehenda. ff. idem iuris. el. ij. cum sequentibus. ff. ad leg. Rbo. de iac. ¶ Bart. hic, ⁊ in. l. continuus. ff. illud. ff. de verbo. obliga. fecit vnam distinctionem: ⁊ probatur per omnes: nisi in vno. ⁊ dicit sic.

22 Aut † in obligatione est factum: ⁊ tunc difficultas impedit moram committi: vt. l. ij. ff. is. ff quis cau. ⁊. d. l. ff vehenda. ff. idem iuris. aut in obligatione est rem dari: ⁊ tunc aut in obligatione est species: ⁊ tunc difficultas impedit moram committi: vt hic, ⁊ l. cum res. in princ. ⁊ l. cum seruus. de leg. j. Pone exemplum, ꝙ cōueni tibi dare seruū nominatim, ⁊ non habeo facultatem dandi, quod non teneor de mora. ¶ Hoc tamen limita, quando vertitur aliqua difficultas, que equiparet casui fortuito: vt interitus vel absentia: vt. l. quoties. ff. potest. ff. de noxalib. Secus si non sit talis difficultas. ⁊ primo per text. in. l. ff seruus. ff. si alienum. ff. de verbor. obligatio. ⁊ l. cum res. ff. si alienum. ff. de legatis. j. ⁊ l. non dubium. ff. fin. ff. de legatis. iij. aut in obligatione non est datio speciei, sed quantitatis vel generis: ⁊ tunc semper constituitur in mora. ⁊ hoc per. l. continuus. ff. illud. ff. de verb. oblig. ¶ Jtem si incendium vel interitus non excusat debitorem a mora: vt. d. l. incendiū. ¶ Multo fortius difficultas prestationis. ¶ Omnes sequuntur istam opinionem. Sed do. Bart. de Salice. tenet contrarium. ⁊ tamen si vis tenere opinionem Barto. esse veram: ego limito primo, nisi difficultas adsit facto creditoris: tunc talis difficultas excusat a mora: vt. l. fina. ff. de lege commissor. ¶ Secundo limito alio modo, scilicet nisi difficultas aderat eo tempore, quo dolosius creditor vult constituere debitorem in mora: vt. l. ff per emptorem. ff. ff. iuncta glo. fina. ff. de actio. empti. quia tunc difficultas non cōstituit debitorem in mora. per. d. l. ff per emptorem. ff. fina. iuncta glos. ¶ Tertio limito, nisi iste talis debitor, non debeat simpliciter, sed aliquo modo determinato: puta cum dicit, cū potero dare: vt. l. nepos Proculo. ff. de ver. obliga. Quoniam tunc difficultas non constituit in mora: ⁊ ista limitatio fuit do. Ange. in. d. ff. illud. ¶ Quarto limito nisi a parte factum fuerit, quod facere posset, vt. c. significante. extra de pignorib. vbi pignorauit vnam rem, ⁊ iurauit, quod si illam rem non redimerem ad certum tempus, sit tua. Ego enim cum essem in vna ciuitate misi vnum nuncium, qui nuncius fuit depredatus, ita ꝙ dicto termino non potuerit solui: an sit in mora? et ibi dicitur ꝙ nō. ¶ Jn hoc tamen scias, quod ista opinio

a Barto.[a] non est vera siue in obligatione sit datio quantitatis, siue generis. Et probatur hoc: quia in casu cōmisse more non potest assignari diuersa ratio inter debitorem speciei, ⁊ debitorem generis: ergo ⁊c. vt. l. a Titio. ff. de verborum obligatio. ⁊. l. illud. ad legem Aquil. Probatur ⁊ alio modo: quia vbi diffinitio non cadit, non potest cadere diffinitum: vt. l. j. ff. dolo. ff. de dolo. Sed huic debitori non competit quantitatis diffinitio: ergo nec diffinitum. Jtem probatur, ille, qui non potest soluere, non dicitur in mora: vt. l. ff. de anna. except. Probatur per. l. diuortio. ff. j. ff. de nego. gestis. ¶ An autem opinio Bar. de Sali. sit vera? probatur ⁊ aliter. Et primo per text. in. l. rationis. ff. cum per venditorem. in ver. mora. ff. de act. empti. Secundo probatur, ꝙ Bar. male digerit per tex. in. c. cupientes. in. ff. si viginti. ⁊. ff. sequen. extra de elect. lib. vj. vbi electio duorum prelatorum fuit facta in discordia. statuit ibi tex. ꝙ ista electio debet mitti ad papam, ⁊ si neglexerint mittere: tunc vterq; amittat ius suum. Et tamen dicitur, ꝙ si difficultas est prestationum expensarum, ꝙ non constituuntur in mora. Tertio per. l. sciendum. in vltima particula in generalitate sui. ff. de vsuris. vbi omnis iusta exceptio excusat a mora: sed difficultas est iusta exceptio. ergo ⁊ sic est contra Bar. ¶ Ulterius pro hoc allegat text. in Thais ancilla. ff. j. ff. de fideicom. lib. quem Bar. allegauit. contra tamen respondet ad contrarium suū. ¶ Unde prescīēdum est, ꝙ eo ipso, ꝙ quis adit hereditatem est in mora, si non dat libertatem. ⁊ hic est in mora re ipsa: vt l. cum vero. ff. apparet. de fideicom. lib. in tertio respōso. ⁊ dicit Bart. ꝙ non impedit difficultas: quia erat factum, a non autem datio. que responsio est falsa. Et primo: quia vbi factum debet explicari per dationē: illud factum debet iudicari sm quod de datione: vt. l. v. ff. si sortem. vers. ff. ff. de verb. oblig. Sed hic factum explicatur per dationem. igitur. Quare dic, ꝙ hic est casus contra Bartol. tamen potest responderi ad illum text. scilicet quod text. in d. l. Thais. loquitur in mora que contrabitur re ipsa: difficultas impedit moram: vt ibi dicitur. Casus singularis. Et est ratio: quia ista mora que contrabitur re ipsa, est irregularis ⁊ specialis: quia specialitas facilius tollitur, ꝙ generale: vt. Leius militis. ff. militia. ff. de testa. mil. Et per hoc sit expeditus iste articulus, an difficultas impedit moram contrahi. ¶ Jn secūdo, quod dicit an difficultas

b impedit contrahi obligationem[b]. Jsta non est materia mea: sed aliorum, qui legunt. Jdeo omitto. Sed dic vt in l. ij. ff. ex bis. in fin. de verbor. obligatio. ¶ De vno dubi-

23 tauit hic Bal. † an difficultas impediat periurium committi. do. Bald. arguit pro ⁊ contra. ⁊ allegat Jnnocen. quod non. in. c. penulti. de offic. delega. ⁊ allegat. c. fiue. de iureiuran. Sed dic, vt in. c. querela. co. titu. Bar. non tangit hoc. sed vide dictum Bal. in. l. acceptam. C. de vsuris. ⁊ in. l. fina. de non numer. pecu. Et glo. Decreti, hoc concludit, ꝙ difficultas impedit committi; sed sm leges est secus. Jta dicit. ff. q. ff. beatus Paulus. de hoc habetis per legistas in. c. si a morte. de feudo sine culpa non amit. in vsib. feud. ⁊ in. c. licet. si de feu. fuer. controuers. inter do. ⁊ agna. ⁊ illud. c. non fuit ad aliud factum. Bald. tangit in c. j. ff. porro. que fuit prima cau. feu. amit. extra. per canon. in. c. Odoardus. extra de solu. ¶ Jn gl. super verbo, do-

24 lo. vnde dict ꝙ lata culpa est: quia omnes scire debent, ꝙ contractus valēt sine scriptura: vt. l. pactum. cum similib. C. de pact. ¶ Fallit, ꝙ imo in aliquibus casibus scriptura requiritur: not. per glo. in. c. j. extra de censi. ¶ Jn glo. ff. hec est longa materia, que non conuenit hic: ideo dicetur suis locis congruis. Et pro opinione Bar. de Salic.

25 vide glo. in. l. vinum. ff. eo. ¶ Bal. † hic querit, an euentus conditionis cōstituat quem in mora absq; interpellatione? ⁊ tangit in repetitione. l. post tres. ff. si quis cautio. ⁊ in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. ¶ Querit hic Bal. an b

26 sufficiat interpellare extra iudicium. An † requiratur interpellatio iudicialis, vt quis constituatur in mora? Et Bartol. tangit in. l. quoties in diem. ⁊ vide de hoc in. l. qui Rome. ff. coheredes. ff. de ver. obl. vbi glo. ꝙ sufficit, ꝙ extra iudicium fiat interpellatio. vide in. l. j. ff. nunciatio. de oper. noui nuncia. ⁊ glo. in. l. vinum. ff. eo. in prima solu. gl. magne. ⁊ Bal. hic querit, an requirantur plures interpellationes ad cōstituendum quem in mora? ⁊ hic profunde examinauit ⁊ amplissime Bartol. in. l. qui Rome. ff. Scia ff. de ver. oblib. Et probat ꝙ sufficiat vna interpellatio. de hoc vide in. l. ff. C. de iure ff. li. g. per cano. in. c. cupientes.

27 ff. ij. de electio. lib. vj. ¶ Sed quid, † si quis promisit dare

¶ Bart. in hoc ff. mēbro Bart. in quo tenet, ꝙ difficultas dandi quantitatem nō impedit moram. Adde ꝙ sunt due cōes opi. prima Bar. quam sequūtur plures, de quibus hic per modum. ⁊ eā dicunt hic cōem Soci. et Jas. Altera enim est Salic. hic cōtra Bar. tenentis, ꝙ imo difficultas dādi quantitatē impediat moram contrahi. ⁊ hāc sequuntur hic Ful. Pau. Ludo. ⁊ Aret. Jdē Lud. vbi etiam Raph. Cu. in. l. continuus. ff. illud. ff. de v. obli. Flozia. in. l. mora. de vsur. tene quamvelis opi. tamē opi. Bar. videtur magis cōis, vt ex concord. doct. percipere poteris. Piero. Lbuch.

¶ Obligationem. dic ꝙ glo. in verbo, potestate. in. iij. solu. vult, ꝙ difficultas non impediat obligationem contrahi. ⁊ ista cōmuniter approbatur p doctores hic. Piero. Lbuch.

omni anno in festo sancti Martini vnum par caponum, an si soluat mortuos liberetur? & certe Guiliel. dicit quod
a ¶ Quod nō. et idem tenet etiā hic do. Albe. de Rosa. fina. col. Piero. Lbuch. a non a. per istū tex. sed melius facit ſm Bar. l. qui decem. §. fina. ī. de solutionib. & facit. l. i. §. cur quadrupedibus. ff. si quadruped. pauper. fecisse dica.

Summarium.

1 ☞ Certum quid esse sufficere, qualitercūq; sit certum. & numero. 6.
2 Expressum, vt quid dicatur, que sint necessaria?
3 Nominatim, & nominatim expressum qualiter quid dicatur? & nu. 4.
5 Demonstratio vna potest poni pro alia.
7 Condictio certi duplex est.
8 Condictione certi, num aduersus promittētem seruum vnum in genere: vel boni vini corbes decem agi possit?
9 Statuto stante q̄ si quis fecerit duo furta, suspendatur: & vnus fecit duo furta, quorum vnum fuit sibi remissum, & aliud non: an illud statutum intelligatur de furtis commissis eodem tempore?
b ¶ Bal. & idem Bal. in aut. sed nouo iure. C. de ser. fugi. vbi videatis Areti. & do. Phil. Dec. in regula, bona fides. ī. de reg. iur. vbi vide latas concor. per me in additio. ad eū positas. Piero. Lbuch.
10 Res certa per specificationem alicuius qualitatis qualiter dicatur. & nn. 11.

CErtum est. ¶ Illud dicit esse certum, qđ apparet quid, quale, & quantum sit. h. d. ¶ Vel sic. Per demonstrationem qualitercūq; factam, res certa redditur. h. d. ¶ † Nota, q̄ sufficit quid esse certū qualitercunq; sit certum. vnde sufficit q̄ quid sit certum per se, vel per aliud: vt hic in glo. Et probatur in. l. continuus. §. illud. ī. de verb. obli. & l. venditio. §. huiusmodi. ī. de contrab. emp. & l. ij. & iij. C. de sen. que sine cer. quan. ¶ Item not. q̄ sufficit esse certum etiam ex post facto: vt. l. certi. ī. eo. Certum autē dici non potest illud, quod est variabile:
2 vt. l. continuus. §. cum quis. ī. de ver. oblig. ¶ † Que autē sint necessaria ad hoc vt dicat expressum? dic vt per Bar. in. l. i. de vulg. & pup. & per doc. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Fal. & per doc. in. l. j. §. hoc edicto. de oper. no. nun.
3 ¶ † Qualiter autem quid dicatur nominatim? dicitur in l. i. & ij. ī. de lib. & posthu. & l. nominatim. ī. de conditio. & de-
4 monstra. ¶ † Qualiter autem dicatur expressum & nominatim coniūctue? dic vt per glo. in. c. si episcopus. de prebend. libro. vj. ¶ † Not. q̄ vna demonstratio potest poni
5 6 pro alia. ¶ † Vltimo not, nō referre qualiter quid sit certum dummodo certū reddatur. qđ. ī. ad questionem inducetur. ¶ In glo. j. pro introitu huius glos. dic arguendo: quia lex debet esse situata sub cōgruo titulo: vt. §. quibus. in prima constit. C. & l. ij. §. de sta. bo. igitur: huius tí-
7 more est facta ista glo. ¶ † Et ex ista glo. no. q̄ duplex est certi condictio. & prima in mutuo, que specialis: alia generalis pro omni re certitudinaliter in obligatione deducta. An autem sit verum, q̄ sit duplex certi condictio? gl. variauerunt & doc. vna fuit. §. in rubri. que tenuit q̄ sit solum vna. & idem in rub. C. eod. hic autem tenet q̄ duplex, examinabitur. ī. in. l. certi condictio. Quia Vltramon. voluerūt aliud, & Bar. vnum: vt. ī. in. d. l. dicetur. ¶ In glos. super verbo, qualis. Et pro introitu dic: quia sufficit, q̄ sit certa quo ad substantiam, & quo ad qualitatem: non autē ad quantitatem: vt si mutuo tibi vnum saccum frumenti. Et sic nō est nostrum scire, quot sint grana: vt patet in tit. de ver. obli. Ad istud respondet glo. Et pro declaratione dic q̄ duplex est actio: vna est certi condictio, qñ certum in obligatione vertitur. Alia ex stipulatu, quando quid
8 incertū vertitur in obligatione. ¶ † Sed quid si promisi tibi seruū vnum in genere, vel decem corbes vini boni, et agam contra te certi condictione: an autem bene ago? et certe non: vt. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ī. de ver. obl. Ratio: quia quid incertū est in obligatione. s. factum, quod est incertum: vt. d. §. Celsus. omnes doc. sequuntur. Sed contra istā glos. arguūt sic: quia bonum est argumentum de contractu, qui celebrat re ad contractū, qui celebratur verbis: vt. ī. co. l. omnia. in prin. Unde sicut in obligatione, que contrahitur re, dicitur versari certū, quando debetur aliquid bonum: sic in stipulatione, que verbis contrahitur, quando promittitur quid bonum, debet dici, q̄ versatur quid certum. Sed huius timore est facta glo. que respondet ad istud. Et ista duo membra glo. probantur in. d. l. vbi autem non apparet. & ita sequūtur doct. excepto do. Bart. de Salic. & dicit sic, q̄ quando debetur optimum: quia istud est variabile: & sic dicitur incertum: vt. l. continuus. §. cum quis. Sed certe est casus contra ipsum in. d. l. vbi autem non apparet. & respondet ad illud, q̄ licet possint esse plures qualitates illius optimi: vt quia dico promittis mihi decem corbes vini optimi: quia dico, quod declaratur ſm cōsuetudinem regionis: vt. ī. de reg. iur. l. semper. & l. nummus. de legat. iij. Si autem non declaratur per consuetudinem: tunc semper intelligitur de minimo: vt in. l. semper in obscuris. de regulis iur. Et sic nō obstat illud dictum, quod dicebat do. Bart. de Salic. ¶ In glos. super verbo, vocabulis. Pro introitu arguitur de. l. quoties. ī. ad Trebel. & de stipula. ser. l. si seruus communis. Ad hoc respondet. Extra glo.
9 Bald. facit vnum quesitum. ¶ † Quid autem si statutum dicat, si quis fecerit duo furta, suspendatur; & vnus fecit duo furta, quorum vnum fuit sibi remissum, & aliud non: an illud statutum debeat intelligi de furtis commissis
b in eodem tempore? Bal. b ponit hic, & in. l. j. C. de edili. act. & ibi plene. & Bar. in. l. si cui. §. cum sacrilegium. de accusa. & Joan. And. in addit. Spec. in rub. de furtis. ¶ Ultimo
10 iste tex. † facit ad not. in. l. si in rem agat. ff. de rei vendica. vbi res peti debet certa. Qualiter autem dicatur certa? dic per cōfines. ita dicit textus. Quid autem si res certa reddatur per aliam qualitatem, & per confines: vt puta, quis debet duos fundos, vnum cum olineto, & alium sine. Ego ago & peto vnum fundum qui est cum olineto, q̄ talis petitio procedit. glos. in. l. si quis in fundi vocabulo. de lega. j. dicit q̄ sufficit ipsam rem reddi certam per vnū medium: vt. l. j. in fi. de dote preleg. ¶ Item facit ad not. in. l. libellorum. ī. de accusat. quia dicit statutum, q̄ locus debet reddi certus per cōfines. Pone, q̄ ego dixi, q̄ maleficium factum fuit in palatio potestatis, videbatur q̄ non: quia non certum per confines. Sed est contrarium: quia sufficit reddi certum per adiectionem qualitatis: vt ff. dictum. ¶ Sed quid si sunt duo palatia potestatis? et certe non: quia non est certum: vt. l. Pomp. si frumentū. §. fi. ff. de rei ven. & Bar. in. l. que conditio. §. fi. ī. de condit. & demonstr. hinc Jnno. dicit, q̄ si quis fecerit petitionem ad vnum castrum, q̄ sufficit apponere adiectionem qualitatis: vt puta, castrū nouum, sine cōfinibus: quia sufficit q̄ petitio reddat certa per adiectionem qualitatis. & ita habetur per Bar. in. d. l. libellorum. Hic non sunt alia.

Summarium.

1 ☞ Argumentum de contractu, qui verbis celebratur ad contractum, qui re contrahitur, efficax esse.
2 Contractus mutui validitas potest esse in pendenti.
3 Legatario repudiante, fingitur legatum esse heredis a die hereditatis adite.
4 Repudiato onere legato adiecto, tacite intelligitur & legatum repudiatum.
5 Rei legate dominium an & quādo transeat in legatariū?

OMnia que. ¶ Mutui obligatio sub cōditione tacita, siue expressa, contrahi potest. h. d. cū. l. sequen.
1 ¶ † Ilo. bonum esse arg. de contractu, qui verbis celebratur, ad contractum, qui re cōtrahitur. ¶ Secundo not. † q̄ validitas contractus mutui potest esse in
2 3 pendenti. de hoc. ī. in glos. ¶ Tertio nota, q̄ † legatario repudiāte fingitur legatum esse heredis a die hereditatis adite. Concor. de leg. j. l. legatarius. §. fi. & l. seruum filij. §. j. eod. titulo. ¶ Ultimo ex verbo, aut appositum ſm
4 intellectum do. Bart. de Salice. † repudiato onere legato adiecto, tacite intelligitur & legatum repudiatum. Et ſm istum intellectum dicit casum istum non esse alibi. Admiror, quia multi sunt casus de hoc. & primo in. l. si ea conditio. C. de condit. insert. & in. l. quod si minor. §. si seruus. ff. de mino. & de leg. j. l. etiam si partis. & de bis quib. vt indig. l. post legatum. §. ij. & l. Mesennius. in fi. de excusat. & l. pe. C. de leg. ¶ In glo. super verbo, numerationi. & pro

& pro introitu argumen. scilicet quia ex numeratione sequitur liberatio: vt insti. qui. mod. tolli. obliga. ¶ Ratione huius contrarij exposuit istud verbum, numerationi, id est mutuationi. ¶ † In gl. l. proinde. super verbo, si autem. & pro introitu arguit contra istū tex. ex sufficienti partium numeratione. Huius timore est facta ista glos. Intelige istam glos. quando liberatur de legato: quia res legata ficte intelligitur esse legatarij a die mortis testatoris: vt. d. l. a Titio. vere autem & incommutabiliter a die adite hereditatis: vt dicit glo. in. d. l. post legatum. et per Bar. in. d. l. homo. Et limita predicta fm do. Bald. & primo quando legatum est simplex: secus si alternatiuū: vt. l. huius. §. Stichum. de lega. j. & ff. de rei vendi. l. si matre. & ibi glo. ¶ Item illud verum in legato puro: secus in legato sub conditione: quia non transit in legatarium legatum, nisi adueniēte cōditione: vt. l. j. §. ferui. j. ad Sillan. Item in legato in diem certā: vt quia lego post diem Paschę: quia dominium non transfertur in legatariū, nisi euenerit dies. & glo. in. l. si ita scriptum. in. §. j. de leg. j. Est alia in. l. vnica. §. j. de caduc. tollen. & est tex. in. l. Sempronius. de vsufr. lega. ¶ Item verum, quando legatur certa species: secus si genus. Et quia dicat tertiam partem bonorum: vt. l. si quis bonorum. j. de legat. j. ita tenet Bar. ibi. Sed contrarium tenui in. l. non amplius. §. fina. de leg. j. Sed illud quod dixit in. d. l. non amplius. in. §. fi. est verius. ¶ Item illud verum, quando est legata res expressę: secus si tacite: vt. l. seruum filij. §. fina. de legat. j. fm Bart. & Jac. de Aret. & in. d. l. emptor. ¶ Item illud verum, quando est legata res testatoris: secus si heredis, vel alterius: vt. l. hereditatis. in fi. j. ad leg. Falc. & l. si heredis seruo. j. de lega. j. & in. l. ij. C. de leg. & in. l. Papinianus. ff. de serui. Sed iste glo. sunt varie. Sed veritas est, q̄ non transit nisi post apprehensionē, per casum in. l. magis puto. §. si fundus. de reb. cor. licet Barto. alleget alia iura. ¶ Item istud verum in legato speciei: secus in legato quantitatis. Ita habetur in. d. l. a Titio. de hoc in. l. j. de lega. j. & in. l. j. & ij. C. commu. de lega. ¶ In glo. super verbo, appositum. & pro introitu dic, q̄ glos. querit quid vult dicere appositum: glo. respondet & bene. Bart. autem impugnat istam: quia si legatum esset conditionale, tunc conditione pendente, est heredis: vt. l. j. §. ferui. j. ad Sillan. ergo patet, q̄ heres potuit mutuare: & sic non est in pendenti. ¶ Unde Bar. aliter exposuit appositum, id est acceptatum. ¶ Sed ista expositio non est vera duabus rationibus. Primo: quia non conuenit huic litere: quia tex. vult, q̄ tūc legatum sit heredis a die adite: cum repudiatum sit per legatarium. Sed vbi est acceptatū, tunc nō esset ipsius heredis. Preterea ista dictio, aut, ponitur inter casus pares: non autē dispares: vt. l. j. ff. de reb. dub. Sed fi exponitur prout Bart. tunc poneretur inter
a dispares. Unde dic, q̄ illa expositio Bar. de Salice. [a] est vera. s. appositum, id est conditione pendente. ¶ Sed hic queritur, quid si illa pecunia fuerit consumpta: an reconualescit statim, vel expectetur conditio: & primo q̄ tunc: per. l. nam & si fur. j. eo. Sed contrarium est verius, per. l. quedā. in fi. ver. j. de re. du. vbi est casus spālis in isto casu.

Summarium.

1 ¶ Certi condictio ad quid competat: & nu. 2. & 3.
4 Certi condictio, an sit duplex, vel vna: Et actionum diuersitas, ad quid dignoscatur:
5 Certi condictio, an sit natiua, vel datiua: & quid sit actio natiua, & que datiua:
6 Cause appellatione, an veniat causa mediata, vel immediata:
7 Condictio generalis si intendatur pro actione bone fidei, an veniant fructus ex mora, secuti in actione bone fidei: & nu. 8. Et actionem ex stipulatu stricti iuris esse: ex testamento vero bone fidei. eodem nu. 7.
9 Remedia plura habens si intentet, quod in dubio presumatur intentasse:
10 Certi condictio subrogata in locum infamatorie, an infamet:
11 Certi condictione conuentus si confiteatur se cōmisisse dolum, an committatur infamia:
12 Actio ad supplementum data, que est subrogata in locū inofficiosi testamenti, an finiatur quinquennio:
13 Certi cōdictio num ad donatum mortis causa cōpetat:
14 Quantitas num exprimi debeat, cum ad interesse agit:
15 Certi condictio, an competat siue dominium transierit, siue non.

1 **Certi condictio.** ¶ † Certi condictio competit ex omni causa, ex qua certum petitur, siue ex contractu, vel quasi: ex maleficio, vel quasi: vel quomodocunq̄. hoc dicit fm Bart. ¶ Uel aliter & pinguius. Pro omni re certa, re vera, vel spe infallibili, competit certi condictio contra quencunq̄ suo vel alieno nomine obligatum: dum tamen obligatio sit pura: non autem in diem, vel sub conditione. h. d. ¶ Not. adiectionem cōdictionis impedire natiuitatem actionis. ¶ Secundo not. ante dici cuentum agi non posse. et hec
2 duo examinabuntur in glos. ¶ † Tertio not. ex tex. dum dicit, ex lege Aquil. duo. Primo, q̄ hec actio competit ad interesse petendum: quia si succedit ista cōdictio in locum actionis legis Aquilie: & actio legis Aquilie cōpetit ad interesse: vt. l. Stichum. & l. ferunt. ff. ad leg. Aqui. ergo & ista. ¶ Secundo not. q̄ certi condictio competit etiā ratione illate iniurie. Patet: quia actio legis Aquilie habet locū, quādo est damnum datum iniuria. ¶ No.
3 q̄ † hec cōdictio cōpetit siue ad petendum legatū, siue ad rem furtiuam repetendam. ¶ In glo. j. & pro introitu est
4 arguendum, † vtrum certi condictio sit duplex, vel vna: Et in hoc fuerunt varie opin. & vna fuit. ff. in princ. q̄ fuit vna tantum, que dicitur genrealis: alia, que est specialis, que datur tantum pro mutuo. Et pro hac glo. facit instit. qui. mod. re contrahi. obli. in prin. Item facit alia. j. eo. l. si a furioso. ¶ Fuit secunda opi. que fuit Bar. qui dixit, q̄ illa certi condictio est triplex. s. generalis, que habet locū quando quid certum petitur. Secunda fuit specialis in mutuo, que habet tantum locum in mutuo. Est & tertia, que resultat ex stipulatu, cum quid stipulatur. ita dixit Bar. An autem ista opi. sit vera, dicam in glo. seq. & fundauit istam opin. Bar. per tex. instit. de ver. obli. in prin. & j. eod. l. si quis certum. ¶ Fuit alia opin. antiquorum, vēs q̄ si vna tantum generalis ad omnia certa petenda, tam pro mutuo, q̄m pro omni alia re. ¶ In hoc doct. variarunt Ultramon. vt refert Bal. in rub. C. eod. tenent q̄ sit tātum vna per doctrinam glo. in. l. quoties. j. de prescriptio. & est glo. in rubr. ff. eo. Ulterius probatur hoc fm eos per tex. vbi videtur casus. j. ea. l. §. quoniam. ibi, siue verbis. qui. §. videtur se referre ad princip. l. ergo non est nisi vna. Ad istud argumentum potest responderi: & primo, quia hec certi condictio generalis competit ad mu- a
tuum petendum: tū habet locū etiam specialis. Et patet per simile in legatis, pro quibus dātur plures actiones: vt instit. de legat. §. in nostra. Sic pro mutuo dantur plures. Preterea dicunt Ultramont. q̄ imo non sit nisi vna condictio generalis. Probatur: quia certum est, q̄ singularis numerus non comprehendit pluralem. j. de testib. l. vbi numerus. Sed vbi fit mētio per Jurisconsultos, vel Imperato. de certi condictione, non fit mētio nisi de singulari. Ergo patet q̄ nō est nisi certi cōdictio generalis cōpetens ad omnia certa. ¶ Ulterius dicunt Ultramō. q̄ imo non sit nisi vna patet. Quia si condictio specialis & condictio generalis essent diuerse, diuersis nominibus nuncuparentur: vt. l. si idem. C. de codic. Sed certum, q̄ ista condictio generalis & condictio specialis sunt idem nomine: ergo & effectu. igitur non nisi vna. ¶ Preterea diuersitas actionum cognoscitur per modum concludēdi: vt. l. non debet. ff. de dolo. Sed certum est, q̄ siue agatur pro mutuo, siue pro alia re certa: est vnus modus cōcludendi. ergo vna tantum condictio, & non plures: quia quoties peto certum, propter quod intento generalem actionem concluditur perinde ac si agerem speciali, vel contra si agerem speciali concluditur perinde, ac si agerem generali. respōdit Bart. ad istum & ff. proximum argu. ideo omitto. ¶ Ulterius Ja. But. pro istorum opin. allegat tertiam rationem de. l. illam. de collat. quia nulla lege cauetur, q̄ iste sint due condictiones, scz generalis & specialis. Ideo debemus erubescere hoc dicere. Sed

a ¶ Sali. & hanc sequit etiā hic Jas. quam dixit fuisse Richar. Salumb. fm Alb. hic is Sal. sibi ascripserit. Hiero. Cbuch.

iure non est cautum, q̄ sit duplex: ergo non est nisi vna. ad hoc respondet Bar. ideo omitto. ¶ Ulterius adducitur aliud argu. per Ultramon. certum est q̄ lex cuitat superfluitates actionum ad vnum factum: vt. l. quientiā. ad fi. ff. de calum. Sed certum, q̄ Jurisconsultus vidit, q̄ ista generalis sufficiebat: ergo est nō dāda alia specialis. Ad hoc respon. est verū, vez q̄ non oriuntur due speciales ad idem factū: vt. j. de actio. emp. l. non est nouum. Sed bene potest oriri generalis ⁊ specialis. ⁊ per tex. probatur, vt. l. item apud Labeonē. §. boc edictū. j. de iniur. ⁊. l. si seruus seruū. §. ait lex. ff. ad leg. Aquil. ⁊. l. j. §. boc edictum. ff. de oper. no. nun. quia bene sciebat, tamen voluit Jurisconsultus, q̄ daretur generalis, que comprehendit specialē. ¶ Bar. tenet hic q̄ sint due: ⁊ ipsum sequuntur omnes. ⁊ Bal. in hic rub. C. co. ⁊ dicit, q̄ probatur hoc per tex. insti. eod. in princi. qui prius fuit allegatus per Franc. Accur. Secundo probatur per. l. j. §. j. j. de tritica. ⁊ per vltimam partem rubrice. ff. eo. hoc modo: quia ex vltima parte rubrice vult. d. l. j. q̄ oriatur cōdictio. f. ex mutuo. ¶ Tertio: quia esset satis absurdum, q̄ ex isto contractu mutui ita priuilegiato, non oriatur aliqua actio specialis: quia oēs contractus habent aliquam actionem specialem, qui ita non frequentantur, sicut iste contractus mutui. Igitur Bar. ⁊ cum glo. concludunt omnes, nisi do. Raph. qui sic dicit, q̄ quis teneatur opi. glo. ⁊ doct. tamen dicit ipse, q̄ in foro fue cōscientie teneret opi. Ultramon. per duo argumenta. Et primo: quia videtur sibi, q̄ opi. Ultramon. sit verior per tex. instit. eo. §. j. vbi patet hoc modo, que allegauit Bar. pro se. vbi dicit Imperator, q̄ due oriuntur actiones ex verborum obligatione: vnde dicit, sicut dixit Imperator ex cōtractu obligationis oriri duas actiōes, ita dixisset, q̄ ex contractu mutui, si esset verū, q̄ due orirentur: vt ar. l. cum prētor. ff. de iudi. ⁊ ar. not. in. l. j. de testi. Sed dic q̄ Imperator in tit. de ver. oblig. dixit, q̄ voluit denotare diuersa facta: quia reduxit se ad ea, que in stipulatione deducūtur. Et certum est q̄ interdū venit certū: ⁊ interdum incertū. Et sic ex diuersitate factorum dātur due actiones. sed nō est sic in cōtractu mutui: quia nō potest considerari, nisi vnū factum tantū. f. certum. Secundo dicit ipse: quia lex abhorret superfluitatem actionū: vt. l. qui bis. j. de ver. obli. ⁊. l. non est nouum. in fi. de actio. emp. Sed certum est, q̄ si orirentur due actiones ex contractu mutui, esset superfluitas. Sed istud non est verū. ⁊ istud fuit argumentum Bal. in rub. C. eo. quā do. Raph. appropriat sibi: vnde respondet, vt. ff. dixi. ¶ Ex quibus cōcludi potest pro opi. glo. Bar. ⁊ Bal. ⁊ aliorū. Pro qua opi. adduco duo vrgentia: q̄ genus non est exclusiuū sue specie: vt. l. sanctio legum. de pen. ⁊. l. bis. de adopt. vnde generalis non derogat speciali. Secō confirmo alia ratione per. l. j. §. creditum. ff. eo. quia cōtractus mutui generaliter dicitur contractus crediti. Item habet contractum specialē, sez mutui. ideo non est absurdū, q̄ dentur due actiones: vna generalis p̄ credito: alia specialis pro mutuo. Quia duplex est materia: vnde non obst. illud, qō posset dici: ergo omnis contractus habet dublicem materiam: vt contractus emptionis: ⁊ sic esset absurdū. Sed dic, quia omnes alij contractus habēt certam ⁊ determinatam actionem: ideo non datur certi cōdictio specialis. ¶ Et ex hoc multe vtilitates surgūt. Primo quia si ago contra te vna actione generali: ⁊ tu renunciasti: tu potes intentare specialem. ¶ Que autē differentia sit inter istā actionem, que cōpetit ex isto mutuo, ⁊ ex isto titulo: ⁊ illā que vocatur triticaria: vide gl. ¶ In ea. gl. ibi, item quid differt ab actione in factum: vide meliorem glo. que sit in corpore iuris, instit. de interd. §. j. ⁊ in hac glo. patet respō sio ad argumentum do. Raph. ¶† Juxta hanc quesiuit Bar. an ista cōdictio sit natiua, vel adtiua: Et pro ista declaranda sciendū est, q̄ primum est factū in cōtractibus: quia oēs contractus sunt facti: vt. l. consilio. in fi. ff. de cur. fur. Ex quo contractu sequitur obligatio, ex qua obligatione nascitur actio: vt. l. licet. §. ea. ff. de procur. ar. l. j. §. de act. ⁊ obli. ⁊ Bal. in rub. eo. tit. ¶ Unde dicit, q̄ actio natiua, est illa que habet sufficienter preexistentem materiam, ex qua oriatur: actio autem adtiua est, que non subest alicui obligationi, que sit sufficiens ad causandam actionem. et ista est actio in factū. ⁊ Bar. dicit, q̄ primo quidam dicūt, q̄ sit adtiua: vt. l. nam ⁊ si fur. ⁊ l. si ⁊ me ⁊ Titiū. j. eo. Sed Bar. concludit contrariū: quia ista est natiua. Et ratio: q̄ oritur ex contractu: ⁊ sic habet sufficienter preexistentem materiā, ex qua oritur. Bal. dicit hic, q̄ aliquādo est dare actionem adtiuam: vt. d. l. nam ⁊ si fur. Aliquādo est dare actionem natiuā, vt hic. Sed ista opi. nō est vera: q̄ ibi est text. contra eū in verbo, nasci. ergo est natiua: non autem dixit datur: q̄ tunc esset adtiua. Hec obst. q̄ non est obligatio: quia est verū ab ipso prin. non est obligatio: tamen bene est ex post facto obligatio propter consumptionem: vt ibi patet. Quia vbi condictio generalis subrogat loco alterius, sapit natūrā illius: vt hic in gl. ij. Unde saluo pi

a mam opinio Bar. ª ¶ In glo. super verbo, ex omni. ⁊ dic q̄ videtur, q̄ hic est simplicitas quod esse nō debet: vt. §. quibus. Ideo est facta ista glo. que in prin. sui nō tenetur per doc. Item scā non tenetur per doct. ideo glo. transit ad tertiam. ⁊ pro ipsius declaratione dic, q̄ tria sunt. primo est factū, id est contractus: q̄ omnes contractus sunt facti: vt in. d. l. consilio. in fi. Secō est obligatio. Tertio est

6 actio: vt. l. licet. §. ea. ff. de procur. ¶ In ea. ibi, causa. † an autem appellatione cause, veniat causa mediata, vel immediata: vide tex. ⁊ Bart. in. l. vt. oti. j. de au. ⁊ ar. le. ¶ In glo. ea. ibi item cur hec. Ista prima exemplificatio nō est bona. Ideo glos. transiuit ad secundum exemplum. Ista autem secunda reprobatur per doctor. quia stipulor ate domū, vel stipulor interesse. Quare Bar. dicit, q̄ in mundo non est necessaria ista condictio generalis: sed Ange. dicit contrariū, vt patet in chirographo mutui. Sed tu dic q̄ post biennū oritur specialis condictio: vt. ff. eo. l. ij. §. fi. ⁊. j. e. l. §. quoniā. ⁊ ideo Ang. male dixit. ⁊ Bart. bene dixit: quia non est necessaria ista generalis. ¶ In ea. glo. ibi, item nūquid hec crescit: ⁊ glo. in hoc est singul. ¶ Ex quo infert Bart. ad vnum, in quo ipsum reprehendo, vez certum est, q̄ cū intento actionem bone fidei: ⁊ tu fueris in mora: q̄ mora committitur per lit. contest. non solū cō

7 sequor rem, quam volo consequi: sed etiā fructus. ¶ Sed quid † si intentetur condictio generalis pro ista actione bone fidei: an veniāt fructus, ex mora, sicut in actione bone fidei ⁊ certe non ita tenet Bar. ⁊ communiter omnes: per. l. item veniunt. §. cum prediximus. ff. de pet. ber. quia fructus prouenient accidentaliter, id est postq̄ ille commiserit moram naturaliter. Sed ista non est vera opi. per

b l. j. §. bellissime b. j. vt leg. no. caue. vbi est casus sing. ¶ Et pro hac declaratione sciēdum est, q̄ actio ex stipulatu est stricti iuris: vt. l. quicquid astringende. j. de ver. obli. ⁊ instit. de act. §. actionum. Sed actio ex testamento est bone fidei: vt. l. in minorem. ex quib. caus. in integ. restit. non est necessa. ⁊ in. §. bellissime. querit Jurisconsultus, an ex illa actione de testamento, in cuius locum est subrogata actio ex stipula. veniāt fructus post moram: ⁊ Jurisconsultus decidit q̄ sic: vbi est casus sing. contra Bart. Unde potest limitari ista glos. nisi propter moram: quia tunc actio generalis subrogata sapit naturam subrogantis, etiā in accidentali. Ex quo limitatur glos. in. d. §. actionum. quam

8 Bar. non allegat. ¶ Ex quo infert ad aliud, an † quando quis petit dammū, queritur an per istā inficiationem crescet: ¶ In hoc dic, q̄ aut apparet, q̄ voluerit intentare actionem legis Aquilie: ⁊ tunc est certum, q̄ crescit. Aut

9 non apparet: ⁊ tunc certum, q̄ non crescit. ¶† Sed quid in dubio: ¶ In hoc Innoc. dicit, q̄ vbi quis habet plures actiones: ⁊ in dubio agit, q̄ semper presumitur intentata illa, per quam reus minus leditur, in. c. dilectus. extra de ordi. cogni. Fortificatur argumēto eius, quod dicitur de sentētia. q̄ quādo quis potest condemnari dupliciter actione: ⁊ condemnatur simpliciter: certe presumitur, q̄ sit cōdemnatus in illa, que minus reo nocet: vt. l. cū causa. j. de suspec. tut. ⁊. c. si confirmantem. de elec. lib. vj. vnde in hoc casu cum non appareat, qua actione agam: tūc presumitur agere condictione generali. Hoc tamen dictum patitur limitationem. Primo vbi electio ipsius actoris est: ⁊ tunc habet locum dictum Innoc. sed vbi est electio rei tunc non est vera sententia Inno. per text. in. l. de etate. §. qui tacuit. de interrog. act. ⁊. l. quandiu. de acq. her. ¶ In ea. gl. ibi, item, ⁊ si detur. pro cuius expeditione queritur,

10 an † certi condictio subrogata in locum infamatorie infamet: Ad hoc respondet per. l. cessat. j. de actio. ⁊ obliga.

11 ¶ Juxta hoc cadit vnum, † quid si ille, qui est conuentus ista condictione cōfiteatur se commisisse dolum: an committetur

a ¶ Bart. cuius opi. magis cōmuniter sequūtur doct. secundum Soci. hic. Piero. Lbuch.

Prima: quia nemo presumitur iactare: vt. l. cum de indebito. Secunda: quia potius presumendum est cum soluisse ex causa de futuro, que non sapit debitum als delictum, ꝙ ex causa de preterito, que sapit delictū falsitatis mandati. arg. l. merito. ff. pro soc. cum similib. Tertia: quia in re obscura magis fauendum est repetitioni, ꝙ aduentitio lucro: vt. l. non debet. §. in re obscura. ff. de regu. iuris. Item magis ei fauendum, qui tractat de damno vitando, ꝙ ei qui tractat de lucro captando. C. de codic. l. fi. ꝛ. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. ꝛ hec procedunt, quando quis scienter soluit, vt falso procuratori simplici: secus si vt falso procuratori in rem suam. Quoniam tunc indistincte videtur donare ex eo: quia non cadit presumptio aliqua ratihabitionis future: quia si quis soluit procuratori in rem suam statim est liberatus neꝙ est necesse alia ratihabitio domini: vt in. l. procuratori in rem suam. ff. de procurato. ¶ Octaua fuit opinio elegantissimi viri
4 do. † Benedic. de Plumbi. repetentis. d. l. falsus. dicentis, ꝙ aut soluens scienter falso procuratori aliquo iuris errore: ꝛ tunc solutum repetit, neꝙ donatio videtur. Ad hoc allegat ipse tex, singul. l. Titius. in verbo, perperam. cum. l. preceden. ꝙ quidem verbum iuris ignorantiam significat: vt probatur. ff. de condict. indebi. l. qui exceptionem. iuncta. l. fi. ff. ad Macedo. Aut soluit nulla iuris ignorantia precedente: ꝛ tunc aut vt procuratori falso gerenti: tamen inutiliter negotia domini: ꝛ tunc non videtur donare: sed presumitur ideo soluere, vt negotiorum gestor domino portans eundem faciat liberari. arg. d. l. fi ego. ff. de nego. gestis. Aut soluit falso procuratori in nihilo gerenti negotia: ꝛ tunc donare videtur tanquam scienter soluens ei, cui non debebat, per. §. qui filio. ꝛ per. §. seruus meus. ¶ Ultima fuit opinio quorundam banc. l. repetentium, qui dicunt ꝙ eo casu quo procurator recipiens scit scienter soluentem soluere: tali casu hoc est clarum ꝙ donatio inducitur, per. d. l. j. ꝛ. d. l. cuius per errorem. Eo autem casu quo solutionem recipiens ignorat soluentem scienter soluere: facit tres casus, scilicet ꝙ aliquando soluens scienter reuocat donationem, antequam perueniat ad notitiam recipientis solutionem scienter soluere. Aliquando vero reuocat animum donandi post. Aliquando reuocatio donationis eodem tempore concurrit cum scientia recipientis: nec scitur quid precesserit. Primo casu donatio impeditur: quia cum non fuerit perfecta ex consensu recipientis, qui non recipiebat, vt donationem reciperet: sed vt furaretur. Aut vt domino acquireret: merito mutatione voluntatis facta', non perfecta donatione, eadem impeditur. Ad hoc. ff. de dona. l. ij. §. antepe. ff. si cer. peta. l. eius qui. §. quas vero. ff. de contraben. emp. l. j. ad fi. iuncta glo. ¶ Sed huic membro obsicio de duobus, scilicet ꝙ imo hec donatio non possit reuocari: quia quo ad ipsum dantem ex suo cōsensu perfecta est. Et primo. d. l. per fundum. ff. de serui. rustic. predio. Sed ad illā respondetur, scilicet ꝙ licet non sit perfecta donatio quo ad ius reale: tamen perfecta fuit quo ad ius personale: vt ibi patet ex eo: quia sciebat sibi donaturum ipse, sibi donari: quod non est in casu nostro. Secundo de. c. si tibi absenti. de preben. libro. vj. vbi collatio beneficij facta in absentem vel ignorantem non potest reuocari, posito, ꝙ ille ignoret sibi illud esse collatum. Sed responde, ꝙ ibi est casus diuersus: quoniam ibidem confertur, quod non est proprium conferendi: vnde ex simplici collatione ius etiā conferentis extinguitur. Nos autem loquimur quando donatur, quod est proprium donantis, quo casu donatione non perfecta, consensu donatarij res in dominio donantis remanet. ff. de acquir. possess. l. fi quis vi. §. differentia. ff. ex quib. cau. maio. l. nec ciuilem. Secundo casu donatio facta non potest reuocari: quia perfecta est: ex quo in notitiam donatarij recipientis peruenit: quemadmodum dicimus donatio facta absenti non potest reuocari, si perfecta est ipsius absentis consensu. ff. de dona. l. absenti. C. eod. l. nec ambigi. Tertio casu donatio impeditur: quia in dubio potius fauendum repetitioni, ꝙ aduentitio lucro: vt in. §. in re obscura. ꝛ. ff. dicit. ex pluralitate igitur opin. passus iste videtur dubitabilis. ¶ Et vt omniū equa distinctione saluentur opin. possunt fieri aliqui casus principales, scilicet ꝙ aliquando quis soluit simplici procuratori falso, qui tamen erat negotiorum gestor domini: ꝛ tunc soluens non videtur donasse: quia videtur dedisse, vt facienti officium gestionis: ꝛ cum eadem qualitate recipiēs videtur recepisse. Ad hoc tex. in. d. l. fi ego. ad fi. ff. de neg. gestis. Preterea idem comprobo sic. De procuratore ad gestorem procedit argumētum. ff. de nego. gestis. l. nam ꝛ Seruius. §. si viuo. Sed quando procurator aliquid facit super facto, quod pertinet ad dominum videtur fecisse nomine domini: vt. l. fi. ff. si quis cautꝰ l. post mortem. cum ibi not. ff. quando ex fac. tutor. Igitur idem dicendum cum gestore. Aliquando soluitur falso procuratori scienter sub conditione tamen ratihabitionis future a domino, vel liberationis consequende: iste casus est clarus, ꝙ donatio non inducitur: imo conditionibus non impletis solutum repetitur: vt hic in secundo responso. Aliquando vero soluitur scienter falso procuratori, non negotiorum gestori, neꝙ sub conditione aliqua: sed iuris errore, seu ignorantia: ꝛ tunc talis est iuris ignorantia, que crassa est ꝛ supina: vtputa: quia ignorat donans legem statui mandatū non posse reuocari, etnc nihilominus donatio inducitur: quia talis supina ignorantia in damno vitando, non prodest: vt in. l. nec supra. ꝛ in. l. regula. ff. de iuris ꝛ fac. ignor. Est enim in lata culpa soluens ignorans hoc, quod omnes sciunt. ff. de ver. sign. l. late culpe. vnde illa sibi prodesse nō debet: quemadmodum nec dolus. Est iuris ignorantia probabilis ꝛ tuta: vtputa quia ignoret soluens peregrinum casum legis recentis, dubitatione mortis mandatarij reuocari mandatum: ꝛ tunc donatio non inducitur: cum talis ignorantia iuris in damno euitando excuset: vt. d. l. iuris ignorantia. Et isto modo saluatur glo. in. d. §. Menio. Prima ꝛ casus in. d. l. Titius. ff. allegata. ¶ Aliquando non solu
uitur scienter falso procuratori, nullo tamen iuris errore interueniente: ꝛ tunc si recipiens scit scienter soluentem soluere: est casus clarus, ꝙ donatio inducitur. Primo vtriusꝙ consensus in donatione concurrit, que bodie solo consensu perficitur: vt. l. si quis argentum. Secundo quia casus est in. §. qui filio. ꝛ in. §. seruus meus. ff. allegato. ¶ Aliquando vero recipiens ignorat soluentē scienter soluere: ꝛ tūc vt. ff. vidisti, est communis opinio, quod donatio non inducatur: quia non concurrit vtriusꝙ consensus in donatione perficienda: vt. ff. si certum peta. l. fi ego. Ille enim qui soluit, ob id soluit, vt donet: ille vero qui recipit ob id recipit, tali casu, vt furetur: vel vt domino acquirat, si sui reuocationem ignorat. vnde dicunt cōmuniter doc. ꝛ maxime Ang. in. d. l. falsus. ꝙ soluens poterit repetere. Et si excipiatur, dolo facis petere: quia semel donasti. Replicabitur de dolo, scilicet dolo repetisti, ex quo receptionis tempore intercipiēti animum habuisti. Quod membrum satis est dubitabile. Et primo sic duos casus. Aliquando enim procurator recipiens a scienter soluente sui mandati reuocationem ignorat: et consequenter recipit, vt domino acquirat: ꝛ tali casu, ꝙ dicunt doct. donationem nō induci: falsum mihi videtur vna ratione: qua ratione inducitur donatio, si quis soluat procuratori, vt domino acquirat: licet procurator habeat animum sibi acquirendi: vt est casus in. l. qui mihi donatum. ꝛ. l. fi tibi dederim. ff. de donatio. Eadem ratione ex qua diuersitas reddi non potest, dicēdum videtur ꝙ donatio videatur inducta. ꝛ si quis soluat procuratori, vt sibi donet: licet procurator habeat animum acquirendi domino, non propterea soluens, soluit animo nō repetendi: ergo nō potest repetere. ff. si certum petatur. l. non omnis. ¶ Aliquando recipiens ignorans soluentē scienter soluere, recipit non animo donatorie recipiendi: sed non, vt pecuniam furetur: ꝛ tunc licet de iuris rigore donatio non inducatur: quia consensus non concurrit, cum donatio nolenti, fieri non potest: vt in. l. hoc iure. §. nō potest. ff. de donatio. Et in regula iuris, inuito. Attamen de equitate cōsumptis nummis donatio videtur facta: quia per consumptionem donatio videtur recōciliata. Et iste videtur casus apertus in. d. l. si ego pecuniam. in primo responso. nihilominus tamen in hoc secūdo membro teneo cum communi, quoniam illud princip. l. si ego, volens consumptione donationem recōciliari: licet in causa donationis sit dissensus, procedit vbi vtraꝙ causa, in qua dissensus inter contrahentes erat habilis ad translationem dominij: vtputa: quia tu dabas vt donum: ego recipiebam

piebam vt mutuum. Ita loquitur primum respōsum: vt ex se patet. Secus autem si ambe cause in quibus est dissensus, non sunt habiles ad dominij translationem: quia tunc donatio non inducitur. Casus est in.j.ꝛ fi. respon. d.l. si ego. vbi ponitur exemplum, quando tu das vt donum: ego recipio vt depositum. Sed in casu nostro iste ambe cause adinuicem versantes, non sunt habiles ad dominij translationem: quoniam tu das, vt dones: ego recipio, vt furer. igitur ꝛc. vnde in duobus vltimis responsis est huius questio casus. ¶ Tertio tamen inquantum circa hoc dicunt doc. ꝙ tali casu recipiens committit furtū: falsum est ex eo: quia non potest furtum committi: cum recipiēs re ipsa voluntate dantis vtatur: licet hanc voluntatē ad esse ignoret: vt probatur instit. de obli. que ex male. ff. placuit. ꝛ in. l. inter omnes. ff. recte. ꝛ. l. falsus. ff. qui alienam. ff. de fur. ¶ Aliquando soluit quis scienter, non vt procurator falso simplici: sed vt procuratori falso in rem suam. Et tunc illa in hac est vera opi. ꝙ aut procurator falsus in rem suam scit soluentem scienter soluere: ꝛ donatio inducitur. Et pro hoc videtur recte casus in. ff. qui filio. ꝛ. ff. seruus meus. vbi loquitur tex. in filio ꝛ seruo habētibus administrationem peculij, cuius quidem peculij licet dominium proprium sit apud patrem ꝛ dominū: vt. l. iij. ff. sed vtrum. ff. de mino. cū simili. nihilominus filius ipse quasi dominus reputatur ad hoc. qō no. glos. ff. titu. ff. l. frater a fratre. aut ignorat procurator soluentē scienter soluere: ꝛ tunc ea distinctio fit quam. ff. vidisti in procuratore simplici, sc3 ꝙ aut recipit, vt furetur: aut vt domino acquirat: vt in superioribus dixi. ¶ Item quarto inquātum superius dixit Ange. ꝙ si recipiens animo intercipiēdi, opponit cōtra repetentem, dolo facis petere: ꝙ iam donasti. ꝙ poterit replicari ex dono non acquisisti: quia doloso animo: ꝛ vt intercideres recepisti. Et sic † vult ꝙ cōtra exceptionē doli, replicari possit de dolo. Adde, ꝙ contra hoc videtur tex. ff. de doli except. l. apud Celsum. ff. ad Darcellus. pro cuius solu. ibi vide. ¶ Item per predicta patet, qō non est semper vera vltima opi. dicētium, ꝙ si dans velit reuocare animum donandi, anteꝙ perueniat ad notitiā recipiētis, ipsum scienter solu isse, qō potest. Non enim obstat lex per quam se fundat, sc3. l. fi. ff. antepe. cum similib. ff. de dona. Quoniam ibi loquitur quādo factum erat mandatum, de dando donatario: ꝛ re adhuc nō data, dominus reuocat mandatum. Quoniam re integra ipsum mandatum potest reuocare: vt. ff. item si quis. ff. si seruū. ꝛ. l. si pecuniam. ff. eo. quasi adhuc nullum quesitum esset ius donatario: cū nulla adhuc intercessisset donatio. Nos autem loquimur, in datione ipsa iam facta recipiēti, que cum facti sit, ꝛ non possi mera penitētia resolui. ff. de pact. l obuentione. merito penitentia ista non possit tantū hoc casu operari, quantum prima in casu precedēti. Quoniā in isto res nō erat integra: ꝙ datio interuenerat. ff. de publi. l. si quis prohibuerit. que ad hoc est argumentū optimum. Et ista videtur vera conclusio in isto dubitabili et subtili passu. ¶ In ea. glos. ibi, si bona fide exigeret. vult †igitur glo. ꝛ est quarta principalis conclusio, qō solutum per debitorem bona fide reuocato procuratori bona fide recipienti, inducat liberationem a domino: ꝛ hoc per tex. in. d.l. cum quis. ff. j. ꝛ. l. eius qui in prouinciam. in prin. ff. si cer. pet. ¶ Sed circa hoc insurgit dubitabilis. q. an dominium huius pecunie solute acquiratur per procuratorem domino: ꝛ gl. C. de fur. l. fartis. ꝛ in. d.l. cum quis. ff. j. ꝛ in. l. si quis seruo. eo. tit. dixit domino acquiri. ꝛ istas sequitur Bar. ꝛ communiter omnes dicentes hanc acquisitionem resultare ex tribus. Primo ex reliquijs precedētis mādati. ad hoc regula, semper. de vsufcap. pro emp. l. ij. ff. si a furioso. Secundo bonam fidem soluētis. Tertio bonam fidem recipiētis. Et hec opi. comprobatur ex eo: ꝙ hec duo sunt cōuertibilia debitorem liberari: ergo dominium crediti soluti creditori acquiri. ff. de solu. l. fugitiuus. Sed tex. in. d. ff. j. vult solutionem factam a bona fide soluente, procuratori reuocato bona fide recipienti liberationem inducere: ergo vult consequenter eiusdem pecunie dominium domino acquiri. ¶ Cōtraria tamen est glo. in. l. acceptam. C. de vsu. ꝛ pro ea facit primo iuris regula, dicentis per liberam personam dominium non acquiri, nisi mandato precedēte: vt insti. per quas perso. no. acqui. ff. ex his apparet. C. eod. titu. l. j. Secundo probat: quia hoc est clarum ꝙ actus iste receptionis pecunie, non potest causari in isto recipiente: vt in procuratore: ꝙ mandatum est reuocatum: ergo de vna necessitate oportet causari in eo: vt in nego. gest. Sed casus est legis, ꝙ ꝛ per negotiorum gestorem, qui nomine domini pecuniam recipit, non acquiritur directo dominium ipsi domino, nisi per ratibabitionem subsecutam: vt est casus fin verū intellectum gl. in. l. si ego. ff. de neg. gest. igit ꝛc. Posumus tamē ꝑ opi. omniū cōcor. sic dicere, ꝙ aut querit, an tali casu acquiratꝝ dominiū directū ipsi domino: ꝛ dico ꝙ nō ꝑ preallegata, Et ita sit vera gl. in. d.l. acceptā. Aut queritur an acquiratur vtile: ꝛ dico quod sic. Et ita procedat gl. in. d. ff. j. ꝛ boc † probo: ꝙ vbicunq; cōtra iuris regulas resultat dominij acquisitio: semper tunc vtile acquiritur non directum. Ad hoc per me not. gl. ff. in. l. si. in verbo, in rem. C. de sacrosanc. eccl. Sed in casu isto cōtra iuris regulas acquiritur: ꝙ per liberam personam non habentem mandatum: igitur ꝛc. ꝛ ita teneo in hoc passu: ꝛ hec sufficiant super ista prima gl. ¶ Ex quibus dictis capio bas cōclusiones. Prima † ꝙ indebitum falso procuratori reuocato bona fide solutum. Item ꝛ bona fide acceptum, repetitur per condictionem indebiti a domino, etiam ratum nō habente, ex eo: ꝙ videtur quodammodo mandatum non fuisse reuocatum in preiudicium soluentis, qui de reuocatione notificatus non est. arg. d. ff. si seruum. ꝛ. d. ff. item si quis. ¶ Sed pone, quod mala fide † reuocatus procurator recipit: an tunc soluenti cōtra reuocantem via aliqua consuletur: ꝛ videtur qō non ex eo: quia si procurator mala fide recipit, domino dominium non quesiuit: vnde non potest dari contra eum condictio indebiti, que competit demum translato dominio. l. si in aream. ff. tit. ff. Dico tamē, quod poterit reuocans conueniri actione de dolo, ꝙ probo: ꝙ dolo facit reuocans celare reuocationem mandati, quam notificare debebat. Ad boc. ff. de actio. emp. l. j. ff. j. ꝛ. l. iiij. in princ. ꝛ de contrab. empt. l. quod sepe. ff. si. cum ergo dolus iste purgari non possit per aliam actionem: merito actio de dolo superest. ff. de dolo. l. eleganter. ff. non solum. si tamē soluens ipse consecutus sit cōdictionem furtiuam, quod procuratori mala fide recipienti soluit: tali casu de dolo actio contra dominium cessabit: ne idem bis soluens cōsequatur. Ad hoc. ff. de pet. here. l. nec vllā. ff. pe. ꝛ. ff. de solu. l. Stichum. ff. de dolo. ¶ Et ex boc capio secundā conclusionem, ꝙ soluens indebitum procuratori reuocato mala fide recipienti, habet contra dominum reuocationem non notificantem, actionem de dolo, que tamen cessat si per furtiuam condictionem soluens, accipiente eo, solutum fuerit consecutus. ¶ Tertia conclusio ꝙ debitor † soluens speciem procuratori nullum mādatum habenti: ꝛ probabili causa tutus, liberatur a creditore per cessionem actionum. ꝛ boc per. d. ff. seruum tuum imprudens. ꝛ. d. ff. si res. ꝛ arg. optimum. ff. commo. l. argentum. insti. de contrab. emp. ff. quod si fugerit. ¶ Quarta conclusio, ꝙ † debitor soluens genus procuratori nullū mandatum habenti, non liberatur a domino per cessionem actionū, si sibi aliqua culpa imputari pōt: vt puta, qꝛ a petente nomine domini, non fecerit sibi ostendi mandatū. Ad boc. d. ff. apud Labeonem. iūcta. l. si quis inficiatus. ff. depos. Secus si soluenti nulla culpa imputari potest: puta, quia dixit creditor, soluas id, quod debes portanti annulum vel tale signum. Et quidam boc audiens, illud signum portans fecit sibi solui: quoniam tūc putarem talem debitorem liberari per cessionem actionū. Primo: quia opera creditoris factum est, quod isti tali fuerit facta solutio. igitur ꝛc. arg. ff. de doli excepti. l. si opera. Secundo: quia ex quo petens sibi solui portauit signū a creditore dictum: merito insta ꝛ probabilis causa credulitatis fuit in ipso debitore soluente, quoniam credere debuit illum esse, qui a domino mittebatur. ꝛ boc propter portationem signi. argumen. C. de fabri. l. stigmata. libro xj. ꝛ quod not. Bart. in. l. prohibitum. C. de iure fisci. libro. x. et probatur. ff. de iniurijs. l. apud Labeonem. ff. si quis virginem. ꝛ ita intelligo dicto. ff. apud Labeonem. cum glo. sua. ¶ Quinta † conclusio quod debitum scienter solutum falso procuratori videtur donatum adeo, vt neq; illud repetatur. Et boc si teneamus sententiam gl. hic: sinaut teneamus supradicta, tunc conclusiones infe-

vende sunt, prout ex eis percipitur, quas omitto tanq̃ ni
13 mis pligas. ¶ Ex ista autē gl. vltimo no. est fm Bar. q̃ distinctio. l. cū qs. §. i. locū habet etiā si solutū fuerit procuratori in rem suā, q̃ tu sane intellige. s. quo ad effectū liberationis: quo autē ad alia tria, que in illo. §. dicūtur, dico illū locū nō habere in procuratore in rem suam: quoniā si tali solutum fuerit in omnem casum trāsfertur dñium, ex quo debitor intendit transferre: quia sibi tanquam creditori soluit. Ad hoc. j. de fur. l. falsus. §. i. j. de cōdi. fur. l. quoniam. cum ibi no. in glo. sinautem soluat debitor procuratori simplici non est sic: quoniam fit distinctio, an soluerit eidem bona fide: an vero mala: vt no. in. d. §. i. ¶ Item nō habet. §. ille locū quo ad commissionem furti: quoniam licet si procurator reuocatus mala fide recepit, furtum cōmittat: vt ibi dicitur: tamen procurator in rem suam non committit: ex quo in eum non est translatum dominium: vt. d. l. falsus. §. i. z. j. plenius dicetur. ¶ Tertio non habet locum, q̃ dicitur de condictione indebiti, etiam si debitū soluatur. quoniam licet fiat distinctio, quando soluit procuratori falso z simplici, domino ratum nō babente inter debitum z indebitum: quoniam si sibi soluat debitum repetitur ab eo cōdictione ob causam: vt hic in secundo responso. Sinautē indebitum repetitur condictione indebiti: vt. l. cum indebitum. §. j. z in. l. si procurator. in princ. j. titu. ij. z. j. rem rat. hab. l. si indebitū. nihilominus a procuratore in rem suam falso, repetitur debitū per condictionem indebiti: q̃ licet sit debitum quo ad dñm, est indebitum quo ad eum. Casus est. C. de condi. inde. l. creditoris.
14 fm vnam lec. ¶ In glo. ij. † super verbo, tenetur. in prin. Ponit ista glos. cōclusiones duas. Prima indebitum solutum falso procuratori in rem suam, dño ratum habente, repetitur ab eodem per condictionem indebiti, ex eo: quia soluens statim credidit se liberatū. Ista cōclusio est falsa: q̃ si presupponitis, vt procuratori in rem suam solutum fuisse: necessarium est dicere dñm ratum nō habere posse: q̃ procurator in rem suā nomine suo recipit, nō aūt dñi z ad vtilitatē suam. Ā. de procu. l. pcurator in rem suā. C. eo. titu. l. qui stipendia. Ergo dñs, q̃ suo nomine nō est gestum, ratum habere nō potest: vt in regula iuris, ratū. in. vj. z in. l. si pupilli. §. si ego. Ā. de neg. gest. Sed q̃ procurator in rē suā, hoc q̃ indebite solutū est, dño reddere nō tenetur: q̃ suo nomine hoc nō est cōsecutus, sed ex errore soluentis. j. ad Treb. l. debitor. in fi. ergo nō potest contra eum competere cōdictio indebiti, que cōtra eum datur, ad quem principaliter res peruenit. j. titu. ij. l. bis sol.
15 Scōa cōclusio, † indebitum solutū falso procuratori simplici a domino ratum habente, repetitur per cōdictionē ob causam, ex eo: q̃ soluēs nō credidit se liberatū ex subsequēti datione pecunie fienda a procuratore dño: vel ex subsequēti ratihabitione. Ista cōclusio similiter est falsa ex eo: q̃ quando quis soluit procuratori simplici, quē putabat verum, statim credidit, aut credere debuit se esse liberarum: non autem liberandum. tex. est. j. de solu. l. vero procuratori. Item, q̃ z si soluit falso, quem putabat verū: nō cogitauit: aut nō cogitare debuit de ratihabitione futura a dño: q̃ soluēs pcuratori vero statim liberatur, etiā si dñs ratum nō habeat. tex. est in. d. l. si procurator. j. ti. ij.
16 ¶ Unde pro expeditione † huius prime partis, pono vobis istas conclusiones. Prima, indebitum solutum falso procuratori dño ratum habēte, repetitur ab eodem per cōdictionem indebiti. Casus est hic in primo mēbro. Secunda est, illud idem q̃is dñs ratum habeat, repeti potest a procuratore mala fide recipiēte, id est animo sibi lucrandi per cōdictionē furtiuā. Casus est. j. de fur. l. si vendidero. §. si Titius. Sed ad hāc secūdā dupliciter oppono. Et primo videtur, q̃ nō competat ipsi soluenti cōtra procuratorē cōdictio furtiua dño ratum habēte, ex eo: q̃ per ratihabitionē dñi secutam, ratum habēs effectus est dñs. Quod patet: q̃ cōdictio indebiti cōtra eum competit: vt. Ā. dixi nisi cōtra effectū dñm: vt. l. si in area. j. titu. ij. Soluens autē desinit dñs esse. Certum est autē q̃ ei, qui desinit esse dñs, furtiua cōdictio nō cōpetit: vt. j. de condi. fur. l. hinc manifestus. §. tandiu. igitur &c. Sol. ideo sibi cōpetit cōdictio furtiua: q̃ desinit esse dñs nō facto suo, sed alieno domino ratificante. Certum est autem q̃ ei, qui desinit dominus esse ex facto alieno, etiā cōdictio furtiua competit. Tex. est. j. de cōdi. fur. l. z ideo elegāter. in. j. ver. ¶ Secundo opp. z videtur, q̃ domino ratū habente receptionē pecunie per procuratorē mala fide factā, nō solum cōpetat contra eū cōdictio indebiti, sed cōdictio furtiua. Quod probo: quia vna est receptio pecunie, ex qua bē actiones insurgūt: ergo dominus ratum habens receptionē simpliciter, videtur quo ad omnes effectus ex ea resultantes. Item et actiones velle ratas habere. ar.
17 Ā. de iureiur. l. duobus. §. excepto. z. l. fi. Unum † enim tm ctū seu plura cōnexa, nō potest quis pro parte ratificare: z pro parte nō: sed aut in totū ratificare: aut in totum reprobare. j. de admi. tu. l. cum queritur. de bo. libert. l. nam absurdum. de oper. liber. l. si ita stipulatio. in fi. Quinimo z licet furtum per procuratorem cōmissum fuerit: nihilominus z in delictis locum habet ratihabitio. de sen. excā. cum quis. lib. vj. j. de iusti. z iur. arg. l. j. §. fed si cū quis. z §. quoties. cum similib. Sol. licet vna sit pecunie receptio: tamen illa duplici respectu est facta, sc̃z vno exteriori, inquātum procurator verbaliter nomine domini pecuniā recepit. Et q̃ hoc certi dominus ratum habet, tanq̃ nomine suo gestum: ideo condictione indebiti cōuenitur: vt hic alio respectu interiori, sc̃z inquātum procurator ex nomine domini pecuniam recipiendi: tamen animo gerebat sibi illam pecuniam velle lucrari. z hoc respectu, licet cōmittatur furtum: tamē, q̃ nō nomine suo, sed proprio hoc cōmittitur: ideo ratum dñs habere potest: vt cōueniatur furtiua cōdictione: vt. d. c. ratum. z. d. §. sed si ego. ¶ Ter
18 tia cōclusio, dominus † ratum habens pecunie indebite receptionem, suo nomine per falsum procuratorem facti, agit cōtra eundem actione negotiorū gestorū: vt sibi pecunia illa reddatur. tex. est. Ā. de neg. gest. l. si pupilli. §. fi.
19 queritur. ¶ Quarta, si † dominus ratū habens cōmunitatur cōdictione indebiti per soluentem ab eodē petente potest: vt sibi cedatur ea cōdictio furtiua, quam cōtra procu
20 ratorem habet. Casus est in. d. §. si Titius. ¶ Ultima, si soluens indebitum cōsecutus fuerit hoc a domino ratum habente, amittit furtiuam cōdictionem, quā cōtra procuratorē ad idem habet, z econuerso. Unde vna cōditio tollitur per intētationē alterius, subsecuta exactione. Tex. est. j. de cōdi. fur. l. quoniam. ad fi. Et hec equitas suadit, ne semel exactum, iterum exigi possit: vt in regula iuris, bona fides. z in. vj. ex quibus perfecte remanet declarata
21 prima pars huius legis. ¶ Capio † igitur scēam, que in se cōtinet cōclusiones duas. Prima q̃ dño ratum nō habente solutum falso procuratori, siue debitum, siue indebitum, repetitur. Secunda q̃ hoc, q̃ datum est, nō repetitur tanq̃ indebitum: z sic cōdictione indebiti: sed tanq̃ ob causam datum, causa nō secuta, z sic cōdictione ob causam. Habitatur tamen qualiter hic fm intelligatur: z respondet Bar. quem cōmuniter sequimur hic fm referēdo ad primum dictum, inquantū loquitur de debito: vt si illud falso procuratori soluatur, domino ratū nō babente, repetatur cōdictione ob causam. Quidā Moder. hanc repetentes dicunt hoc debere referri etiam ad primum dictū, inquātum loquitur de indebito: vt sit sensus, q̃ debitū vel indebitū solutū falso procuratori, dño ratū nō habēte, repetatur etiam per cōdictionem indebiti. Et fm hoc ad literam dicētem. fi nō enim quasi debitum supplent intantū, inquantū ad indebitū refertur: inquātum autē ad debitum solutū, nihil supplebitur. Et q̃ ista nouissima cōclusio, q̃ indebitum solutum falso procuratori, nō solum repetatur condictione ob causam, sed indebiti probāt. Et primo pulchra cōsyderatione. Tale enim mē debitum soluitur duplici de causa: vna, sc̃z causa de preterito, que est propter debitum, q̃ putatur subesse in preteritum cōtractum: z isto respectu datur cōdictio indebiti. Alia, sc̃z causa, de futuro, que est vt liberatio sequatur, que tamen sequi nō potest: cum debitū nō precedat: ergo isto respectu debet cōpetere condictio ob causam. Quantiescunq̃ enim quid tibi do, vt quid sequatur: si est impossibile sequi, ad solutum repeteñ. etiā cōdictio ob causam mihi competit. Casus est. Ā. e. l. iij. §. fi liber homo. C. e. titu. l. j. z. l. si militem. z. l. cum ancillā. Sed tibi dedi, vt liberationem cōsequerer, q̃ impossibile est sequi: cū in veritate nō obliger: ergo sequitur, q̃ cōdictionem ob causam habeo. Secūdo, plant: q̃ vna clausula in fi. posita respicios plura determinabilia, debet pariter z vniformiter determinare ea. C. de testa. mili. l. in testamēto. de vulga. z pup.

Liam

liam hoc iure. Sed clausula hic in fi. secunde partis posita respicit duo determinabilia precedentia, scilicet quãdo solutum est debitum, & indebitum: vt patet hic, in verbo, etiam. cum simil. ergo debet vniformiter ad ambo referri, scz vt tam debitum, q̃ indebitum solutum cõdictione ob causam repetatur. Tertio probatur: q; si verũ esset, q̃ dicũt doc. sequeretur q̃ ista lex inquantũ loquitur de indebito sub incõgruo titu. posita foret, cõtra. ff. quib⁹. in prima consti. C. Item q̃ fm materiam nõ intelligeretur, cõtra. l. imperatores. j. de in di. addic. Quarto & vltimo: q; si verum est q̃ doc. dicũt, sequitur q̃ etiã debitũ solutum falso procuratori, nõ posset repeti cõdictione ob causam. quoniam sibi solutum respectu false cause de preterito. s. ex eo: q; falso putatur in preteritũ cõstitutus procurator. q̃ tamen est falsum: vt in hac secunda parte. Quare cõcludit, q̃ debitũ siue indebitũ solutũ falso procuratori dño ratum nõ habenti, repetatur ab eodẽ per cõdictionẽ ob causam, & indebiti. ¶ Est & secũda eiusdem cõclusio, q̃ per basdẽ actiones indebitũ solutũ a dño ratum habẽte, petipossit. ¶ Tertia cõclusio generalis † est, & pulchra: quod omne indebitũ repetibile per cõdictionẽ indebiti, sit repetibile per cõdictionẽ ob causam. Unde cõcurrũt iste due cõditiones adinuicem, per preallegatas rationes. Tu vero aduerte: q; licet dicant primam & scõam partẽ esse incognitã ab aliis, & cõtra eos opi. hoc tamẽ falsum est: q; fuit hic cognita per. d. Ange. & successiue per. d. Rapha. Tertia cõclusio sua, q̃ omne indebitũ repetibile per condictionem indebiti, sit repetibile per cõdictionem ob causam, est falsa. Primo: q; ponatur q̃ soluam tibi maiorem quantitatẽ pecunie, q̃ debeã: & q̃ partem indebite solutã velim dicere: certe nõ potero per cõdictionẽ ob causam: q; causa ob quam dedi, scz liberationis est secuta: et tamẽ repetere potero per cõdictionẽ indebiti. Casus est. j. ti. ij. l. si nõ sortẽ. ff. idẽ dArcellus. & seq. igitur &c. Scõo ponatur, q̃ debitum sub cõditione cuius euentus est dubius pendẽte cõditione, soluerim: & sic indebite certe: illud solutum durante pendentia cõditionis nõ repetã per condictionem ob causam: q; quando dubium est, an cõditio possit impleri vel nõ, cõditio nõ ꝓpetit. ff. e. l. qõ Seruius. & tamen illud solutũ repetã per cõdictionem indebiti: vt j. titu. ij. l. sub cõditione. igitur &c. Tertio probatur: ponatur, qõ soluerim quid putans causam, ob quam debeã euemisse: cum tamen nõ euenerit adhuc. certe solutum id non potero per cõdictionẽ ob causam repetere quouisq; dubitatur de implemẽto cause: vt. d. l. q̃ Seruius. & tamẽ repetam cõdictione indebiti: vt. j. tit. ij. l. ex bis omnibus. & l. hec cõditio. Unde hec differẽtia ita generalis est falsissima: quare ego aliter dico, scz. Quod datio ob causam de futuro cõcurrente putatiua, seu falsa causa de preterito: producit ad idem repetendum tam cõdictionẽ ob causam, quam indebiti. Et q̃ condictione ob causam: probo. Quia ponatur, q̃ ego putans me esse statuliberum post mortem testatoris: cum in veritate sim liber: soluo heredi decem vt libertatẽ cõsequar, putãs mãdato testatoris ad hoc me teneri: certe si testator volnit mihi libertatẽ dari, imo dedit absq; solutione decẽ eadẽ repeto per cõdictionem ob causam: q; nõ est causa libertatis, ob quam dedi facto heredis, sed facto testatoris, qui sine alterius ministerio fecit me liberũ. hic est casus. ff. eo. l. iij. & si qs quasi. & sequenti. Itẽ & eadẽ decẽ repetã cõdictione indebiti. Primo ex regula dicente, q̃ illa cõpetit vbi quid solutũ est ex causa de preterito falsa: vt. j. ti. ij. l. damus. Scõo: q; casus est recte intuenti. j. tit. ij. l. eleganter. in primo respõ. Extra predictum autẽ modum nunq̃ possibile est, quod indebite solutum, repeti possit per condictionem ob causam: per ea tria, que superius adduxi. Et ita dicẽdum in hoc subtili passu. ¶ In gl. super verbo, intercedente. ibi, solue. ergo &c. vult igitur glo. intelligere hanc secundam partem, qõ defectus cause expresse in solutione facta falso procuratori, pariat cõtra eundem domino ratum non habente condictionem ob causam: puta: quia expressum erat: ideo tibi soluo, vt me facias liberari: vel domini ratificationem interuenire. Ista lect. est falsa, & communiter reprobata per rationes Bar. hic quas non refero: q; non addo. Unde idem Bar. in. l. falsus. C. de fur. dixit singula-
22 riter circa intellectũ huius partis, q̃ † imo defectus cause tacite parit hic soluenti cõtra procuratorem cõdictionem ob causam, dicens hunc tex. hoc velle, q̃ quotiescũq; quis vt procurator recipit solutionem, videtur duo promittere, scz vel qõ ipse dominus ratam habeat solutionem: vel q̃ ipse instrumentum mandati ostendat: quibus non obseruatis competit ex defectu cause tacite condictio ob causam. Ita dicit hoc esse casum singularem in versic. sed quasi ob rem datũ. Et si dicat, q̃ imo cõdictio ob causam cõpetere non potest: q; ex quo dominus ratã non habuit solutionem, non recedit dominium a soluente, qui intendebat illud effectualiter in dominum transferre: vt. ff. de nego. gest. l. si ego. & l. qui mihi donatum. j. de dona. Certum est autem, quod cõdictio ob causam non competit domino in eum, cui est facta solutio non translato dominio: vt. j. l. proxi. & in. l. si ego. in prin. j. de iure do. Item, qõ non cõdicitur tali casu dominium a procuratore, sed possessio solute pecunie. arg. j. titu. ij. l. indebiti. ff. sed si nũmi. Uel aliter q̃ ideo competit cõdictio ob causam: quia illa fuit reconciliata consumptione pecunie: vt. ff. e. l. iij. ff. subtilius. in glo. & in. d. ff. sed si nummi. Uel aliter, qõ ideo cõpetit condictio ob causam: quia illa fuit reconciliata consumptione pecunie: vt. ff. eo. l. iij. ff. subtilius. in glo. & in. d. ff. sed si nummi. Bald. in. d. l. falsus. acriter in hoc mordet Bar. dicens procuratorem, vt verum solutionẽ recipientem non videri promittere vllum horum duorum: q; procurator falsus recipiens non intendit cõtrahere, sed decipere. Certum est autem, qõ fallax non intendit se obligare, tanquam cõtrahat, vel aliquid promittat: sed ex capite tanquam fallat & decipiat: vt probatur. ff. de transact. l. qui cum tutoribus. ff. qui per fallaciam. de acquiren. here. l. qui in aliena. ff. fi. C. de collat. l. si soror. Sed ad hoc sustinendo Bar. potest responderi, q̃ ratio Bal. procedit vbi procurator falsus, vt falsus, recipit: quia tunc intẽdit decipere & furtum cõmittit: vt hic in vltimo responso. & d. l. falsus. secus si falsus recipiat, vt verus, credens bona fide se mandatum habere: quia tunc ea duo videtur promittere. de quibus Bart. dicit per istum tex. Secundo dicit Bal. qõ si dictum Barto. esset verum, sequeretur q̃ procurator bic acquireret sibi dominium: quia qui recipit, vt aliquid impleat, dominium sibi acquirit: vt. l. hoc iure. ff. si quis dederit. j. de donat. et nihilominus hoc est falsum in tali casu, scilicet in procuratore: vt. d. l. si ego. Ad hoc respondet, quod dictus. ff. si quis dederit. allegatus, loquitur in debẽte implere: & qui recipit nomine suo: vnde dominium transfertur in eum: vt. d. ff. secus in debente aliquid implere, & qui recipit nomine alieno: quia tunc in cũ dominiũ non transfertur: vt in. d. l. si ego. & in. l. cum quis. ff. si ego. de solut. ¶ Ex predictis ergo saluando mentem vtriusq; inferuntur due conclusiones. Prima, quod falsus procurator bona fide recipiens debitum, videtur hec duo promittere, scilicet vt vel dominus ratam habeat solutionem: vel instrumentum mãdati ostendat. ¶ Secunda, quod falsus procurator mala fide debitum recipiens nibil ex bis duobus promittere videtur: sed contra eundem agitur cõdictione furtiua: vt hic in vltimo casu. Itẽ cõdictione ob causam, & indebiti: non tamen tanq̃ ex defectu cause: sed tanquam, quia omnis cõditio degenerat contra furem: vt in. l. si. ff. vsuf. quemadmodũ ca. & in. ff. sic itaq; insti. de actio. & hoc procedit si volumus saluare opinio. Bart. Cui tamen resragatur fortiter, quod imo neutrum istorum duorum promissum videatur ista ratione: quia ad id tantum censetur quis obligatus, vel extenditur obligatio, ad qõ expressa vel tacita mens contrahentium adaptatur. ff. si cer. peta. l. non omnis. de actio. & obligatio. l. cõsensu. Sed ad hec duo promittenda mens nullius ex cõtrahentibus adaptatur: igitur nõ resultat promissio nec obligatio. Et qõ non adaptetur eorum mens, probo: quia ille qui promisit falso procuratori putãs eum verũ, non agit hoc in mẽte sua, qõ procurator tacite promittat sibi dominum ratam habiturum solutionẽ. Quoniam ille qui soluit vero procuratori scit, vel scire debet se statim liberatum fine ratibabitione domini subsequẽte. j. de solutio. l. vero procuratori. Ille vero qui vt procurator bona fide recipit, putans se esse procuratorem: similiter hoc in mente non agit, scilicet tacite promittere soluẽ-
25 ti, quod dominus ratum habebit. Quoniã hoc † ipse scit, vel scire debet: quod solutio facta procuratori vero, liberat soluẽtem etiã si petente procuratore ratibabitionem

dominus deneget concedere. hic est tex. ff. titu. ij. l. si procurator. in prin. ¶ nihilominus opi. Bart. verior: quia licet hoc expresse, neq; forte tacite agatur per partes: nihilominus in multis extra id, qđ agitur ex mẽte tacita, nascitur obligatio: vt in. l. si is qui. ff. ff. j. commo. & l. si pupilli. ff. sed si quis. ff. de nego. gest. Et pro eo facit id, qđ dicimus in simili, q̃ creditor, qui vendit pignus, vt creditor tacite ex mente. l. licet expresse non obligetur: videtur promittere duo, scilicet q̃ ipse probabit se creditorem, & omnib⁹ aliis melius ius habentem. hic est casus. C. credi. euic. pi. l. j. & ff. ¶ Ita ergo in simili ille, cui solutum est, vt procurato
26 ri, tacite ex mente legis videtur hec duo promittere, scz qđ aut se procuratorem probabit: aut ratificatio domini interueniet. Remanet ergo vera cõclusio Bar. ¶ Item & declarata secunda particula huius. l. pro qua melius babẽda, capias has cõclusiones ex predictis resultantes. Et prima † qđ debitũ vel indebitũ solutum falso procura
27 tori bona fide recipiẽti translato in eum dominio, dominо ratum nõ habẽte, repetitur per condictionem ob causam. Item cõdictione sine causa, que generalis est: vt in. l. j. ff. de cõdi. sine causa. Item cõdictione indebiti. Et quod condictione indebiti, probo: quia solutum ex falsa causa de preterito, que tamẽ reputatur efficax, apparẽte post-ea inefficacia, per cõdictionẽ indebiti repetitur. ¶ †Secunda conclusio, solutum falso procuratori bona fide recipiẽti, dominio nõ translato, si extat: quia nõ cõsumptũ: rei vendi. repetitur. Et probatur hoc in. l. cum quis. ff. j. ff.
28 de solu. ¶ Tertia cõclusio, debitum † solutum falso procuratori bona fide recipienti, dominio in eum translato, consumptione tamen bona fide secuta, repetitur per condictionem ob causam, & indebiti, ex eo: quia consumptio ipsas cõditiones recõciliat: vt in. ff. ff. subtilius. & ff. ff. sed si
29 nummi. ¶ Ultima † conclusio omnia predicta vera sunt: nisi procurator ipse expresse cauerit ratam rem dominũ habiturum: quia tunc domino ratum nõ habente nõ repetitur per cõdictionem ob causam, aut indebiti: sed ex actione descẽdente ex stipulatione rem ratam hab. Iste est casus fing. per quem ego limito totam istam materiã in. l. si fine. in princi. ff. rem ra. ba. & illum ad hoc specialissime pondero. ¶ In ea. ibi, vt quia credebat procuratorem in rem suam &c. Vult igitur glo. primam particulam huius. l. locum habere in procuratore in rem suam tantum. &
30 cõcludit, † q̃ solutum falso procuratori in rem suam bona fide recipienti debitũ vel indebitum, repetitur ab eodem cõdictione ob causam vel indebiti. Et hꝫ dictũ boc in se sit verum: nihilominus iste intellectus ad princ. l. est falsus. ea ratione: quia hic in prin. de ratibabitione domini tractatur, quequidẽ ratibabitio locum nõ habet, vbi cum procuratore in rem suã quid celebratur: vt plenius dixi in princi. secunde glo. Saluat tamen Bar. banc lect. vbi ipse soluens procuratori in rem suam, nõ soluisset nomine vtilis actionis competentis procuratori: sed nomine directe remanentis apud dominum. iuxta. l. qui stipẽdia. C. de procura. & l. j. ff. in propria. j. quãdo ap. fit. Tunc enim cum solutio facta nomine domini potest ratificari: & locum habebit prin. huius. l. qđ mihi nõ placet: quia fm hoc sequeretur, q̃ dominus ratam solutionem falso procuratori in rem suam factã nomine directe actionis posset cõuenire cõdictione indebiti: vt vult prin. Sed hoc est falsum: vt probabo: igitur &c. Quod sit falsum patet: quia
31 † cõdictio indebiti, nõ datur nisi duobus cõcurrentibus. Primo, q̃ dominium sit translatum: vt. j. tit. ij. l. si in area. Secũdo, q̃ in aliquo factus sit locupletior solutionem recipiens: vt in eo. titu. l. si nõ sortem. ff. libertus. Sed certũ est, q̃ licet dominus ratam habeat solutionem banc, nihilominus ad eum pecunia soluta nõ potest peruenire: & sic nõ potest reddi locupletior: vt. j. probatur: igitur &c. Quod ad eum nõ possit peruenire, patet: quia hꝫ procurator in rem suam per directam actionem domino cõpetentem, exigat debitorem: nihilominus, pecunia exacta est, vt sua: nõ autem domini. Casus est in. d. l. qui stipendia. et in. l. procurator in rem suam. ff. de procurat. Preterea is conuenitur condictione indebiti, ad quem pecunia soluta realiter peruenit, aut de proximo per intentionem actionis peruenire separatur. Casus est. j. titu. ij. l. bis solutis. iuncta. d. l. si vendidero. in. ff. si Titius. & d. l. si pupilli. ff. item queritur. Sed pecunia indebite soluta procuratori in rem suam ex ratihabitione ad dominum nõ peruenit, neq; per intentionem actionis potest peruenire: vt in. d. l.
32 qui stipendia. cũ aliis aliegatis: igitur &c. in hoc ergo pa-su Bar. errauit. ¶ Ex predictis † igitur vna cum glo. infero has cõclusiones. Prima q̃ solutum falso procuratore in rem suam bona fide recipiẽti nomine directe actionis vel vtilis, debitum vel indebitũ repeti potest per cõdictionem ob causam. Quod esset verum patet ex predictis super secunda particula tex. dum tractaui, an condictio ob causam cõcurrat cum cõdictione indebiti. Secunda, q̃ predicto modo solutum repetitur ab eodem condictione indebiti: vt hic in prima parte fm intellectũ glo. in l. creditoris. C. de cõdictio. inde. fm vnũ intellectũ. ¶ In
33 eadem ibi, si autem, vt ministro dedi. Cõcludit igitur glo. tertiam particulam litere intelligendam in nuncio. Et cõclusio est talis, † q̃ solutum nuncio per debitorem verum vel putatiuum: vt ad creditorem portaretur, eodem bo solutum cõtrahente, repetitur cõdictione furtiua: vt probatur hic. C. de fur. l. fi is cui. & facit qđ habetur. j. de solu. l. Cassius. ff. de donat. l. si tibi dederim. Hec autem lectura est falsa & cõmuniter reprobata: licet dictum in se verũ sit. Intelligunt ergo doct. post Bar. secũdo modo repro-
34 ba: prima rationibus, de quibus hic per eundem, q̃ solutum falso procuratori nomine dñi, ipso autem mala fide recipiẽte, vt sibi lucretur: repetitur ab eodem cõdictione furtiua. Et probatur intellectus iste. j. de furt. l. falsus. ff. in. ij. respõso. & est in se bonus. Tertius autem intellectus fuit do. Benedicti in. d. l. falsus. dicẽtis, q̃ lex ista tota ex cõstructu intelligitur. & sic q̃ solutum falso procuratori repetitur ab eodem cõdictione indebiti domino ratum nõ habente: & hoc quando apparet soluentem in ipsum procuratorem voluisse transferre dominium, vel etiam cõdictione ob causam. Et ita loquitur prima & secunda particula huius. Tertia vero particula habet hũc intellectũ, scilicet q̃ solutum falso procuratori mala fide recipienti, domino ratum nõ habente, potest ab eodem repeti cõdictione furtiua, si dominium nõ est translatum: vt apparet de expressa mente soluentis: sinautem dubitetur, an voluerit soluens in procuratore trãsferre dominiũ, vel non: tunc ab eodem potest repeti & condictione furtiua & condictione ob causam vel indebiti. vt hic est fingu. casus in ver. vel q̃ furtum. Quod ex eo patet: quia ponitur dictio illa alternatiua, vel, que est hic alternatiua remediorum, quasi velit dicere, q̃ vbi dubitatur de translatione dominiij in procuratorem facta, vel nõ habet soluens actiones plures, domino nõ ratificante, & alternatiuas: vt quia vel condictione indebiti, vel ob causam, vel cõdictione furtiua. Subdit tamẽ q̃ electione vnius ex dictis actionibus tollitur alia: quoniam sunt in se cõtrarie, & habẽtes diuersa principia: igitur &c. j. de tribu. l. qđ in heredem. ff. eligere. C. de fur. l. j. Unde si egit cõdictione ob causam, vel indebiti, nõ poterit agere condictione furtiua procuratore mala fide recipiente: quia apparet, q̃ voluit in eum trãsferre dominium intentãdo tales actiones, que nõ competunt, nisi dominio translato: vt. j. l. progi. & in. l. si in area. j. titu. ij. j. de iur. do. l. si ego. in prin. Smautẽ egit cõdictione furtiua, nõ poterit postmodum agere condictione indebiti, vel ob causam: quia apparet, qđ voluit dominium transferre: cum tunc cõdictione furtiua sibi nõ competeret, que datur soli domino. j. de condi. fur. li. Nec obst, qđ
35 omnis † conditio degenerat cõtra furem: vt. ff. ff. sit iuxta. d. l. ff. vsuf. quemadmo. ca. Unde videtur posse agi & cõdictione furtiua, et condictione indebiti, vel ob causam. Quoniam illa regula est vera, in conditionibus generalibus: vt puta certi cõdictione, & triticaria, que generales sunt. ff. si cer. peta. l. certi cõdictio. j. de tritica. l. j. Non autẽ debet intelligi in cõditionibus specialibus: vt puta indebiti, vel ob causam: quia hoc fm cum non est. l. cantũ. Qui intellectus, licet pulcher & nouus: tamen in se est dubius: & eius veritas plene apparebit ex dicendis super glossa. Cõmunis autem intellectus doct. est securior omnibus. ¶ In glo. ff. ibi, & no. hic q̃ Bar. &c. Est igitur opi. Bar.
36 ti. que concludit, † q̃ licet in falsum procuratorem sit trãslatum dominium rei solute, nihilominus speciale est in eo: vt ipse furtum committat, & furti cõuenti possit, quia admodum & falsus creditor. j. de cõdi. fur. l. quoniã. quam quidam opi. sic recitatam glo. & communiter doct. repro-

bant.

